



~~E=2 F=7 ut=4~~


Caja  
B-102

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA  
— GRANADA —  
Sala Caja 2  
Estado \_\_\_\_\_  
Número 35



12 hoz. + 328 pag. + 40 hoz. + 30 eubl.

1<sup>o</sup> Junio - 1912



1

✠


Cursus Philosophicus  
Juxta mentem  
Nostræ Venerabilis Maurani  
Doctoris Subtilis Joannis Duns  
Scoti, Recentiorum placitis accomodatæ  
Elaboratus per Fr. Joannem Guerao  
hujus Alme St. Petri Alcantarensis  
F.F. Minorum Discalceatorum Provinciae  
Filium, et in hoc St. Josef Accitano Cenobio  
Philosophiæ Cathedrae Moderatorem.

Dictaque inceptus  
die secunda Mensis Martij. Anni Dñi.  
millesimi septingentesimi octogesimi sexti.

Me audiente Fr. Petro à Mora, et

Nimenez, ejusdem Prov.<sup>tiæ</sup>

Filio, præfatique Conventus  
alumno.



*[Faint, mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mostly illegible due to fading and bleed-through.]*



# Professio Fidei



In nomine Sanctissime Trinitatis  
Patris, et Filii, et Spiritus Sancti Amen.

Ego *Frater Petrus de Moxa* captivans intellectum  
in obsequium Fidei, fixa Fide credo, et confiteor omnia, et  
singula, que Sancta Mater Ecclesia Catholica Apostolica  
Romana (cui obedientiam promitto) asserit, docet, tenetque  
Fide credendum: quam ob causam, si necessarium sit, mortem  
subire non dubitabo. Item voveo, et iuro Deo vivo, Sancto, et vero,  
ejusque Sanctissime Matris Marię Angelorum Regine, *Notre Domi-  
ne*, interius crediturum, et exterius professurum, et pro viribus meis  
defensurum sententiam illam piam, que Beatissimam Virginem  
Mariam ab originali peccato proisus immunem, ac preservatam atq.  
a primo Conceptionis sue instanti, Sanctam, et Immaculatam fuisse  
adstruit, et defendit; ut Fidei Sacre, Scripture, Cultus Ecclesiasticus,  
SS. PP. dictis, et recte rationi consonam. Ad quod hac sacra voti,  
et Juramti. Religione me obstringo quandiu mihi per Ecclesiam liceat.  
Sic Deus me adjuvet, ipsaque Virgo semper Immaculata. Amen.



Exposition Universelle

Le Directeur de l'Exposition Universelle  
Paris, le 10 Mars 1889

Monsieur le Directeur,  
J'ai l'honneur de vous adresser ci-joint  
le prospectus de l'Exposition Universelle  
de 1889, que vous voudrez bien  
faire passer à votre correspondant  
à l'étranger, afin qu'il puisse  
en faire profiter les personnes  
qui s'intéressent à cette  
grande œuvre internationale.  
Je vous prie d'agréer, Monsieur  
le Directeur, l'assurance de ma  
haute considération et de mon  
dévouement.



1889



# Humilis Dicitio

Præclaro, ac exulto Patriarchæ Immaculato

viro, ex omnî Tribu, et Lingua Inclito:

Ex omnî populo, et natione allecto:

Ex millibus, ab uno Trinoque Deo Stupentibus Coelicolis in Regione, Cæli et Terræ,  
Maxiq; Sponsam, et Solatium electo; In Plenitudine Sanctorum, in hujus Accitani  
Conv. Patronum, et Tutelæm Vigilantissimum mirabiliter assumpto — — —

Sanctissimo Josef.

Cui comparabo te? Vel cui assimilabo te Fili' Sion Fili' David si enim Deus ita te dilexit ut suum Unigenitum, Sponsamq; suam tibi daret? Quidni tante ne virtutis Josef, ut ab eo Egypti totius salus penderet? Quid mirum, si illum decorari Pharaos præcepit titulo specioso Salvatoris Mundi? Certe admirabile elogium! Typus tuus fuit (O Sanctissime Josef) ille Josef teste Isolano; sed perfectius tibi, quam illi hæc gloria maxime debetur. Ita ut multo verius de te Christiani dicere valeamus, quam de illo Egypti dixerunt: Salus nra (O Josef) in manu tua est. Quaxè ergo scientiam apertam, sapientiamq; querentes (O Patriarche Sanctissime) à quo aptius quam à te postulabunt, qui Cælesti Scola instructus thesaurum omnis scientiæ possides, qui omnium scientiam merito obtines, qui scientiam ipsamq; Divinam in manu habes, eamq; sine invidia communicas? Ad quem nisi ad te fontem Lucis omnem hominem illuminantis confugient? Ad quem nisi ad te aureum Solem (ut agebat S. P. August.) cuncta illustrantem propexabunt? Cujus Patrocinium nisi tuum ambiens quando ipsum ipsius Mundi Salvatorem salvasti, ab Herodis manibus exemisti, et Matris, et Filii umbra fuisti. Ad te (O communis Mundi stupor, Cæli singulariæ prodigium, et portentum) ego inter exules Filios Hevæ, miserissimus, in incipientia mea, incursu, et recessu mei laboris provolutus accedo. Ad te inquam confugio, ad te propexo, tuum avidissimè ambiens patrocinium. Quia si gratiam adipisci desidero discendi, et docendi; in quo aptius quam in te inveniam, ut potè tibi ipsius gratiæ, Mater totum cordis sui thesaurum (juxta Sanctum Bernardinum Senensem) liberalissime exhibuit. Tibi ergo hoc opus Philosophicum dirigo. Te tanquam Patronum quero. Suscipe ergo gloriosissime Protector hunc tui famuli laborem; ut ad te repetere possim, ex adte illum uberius, et utilius depromere fructum valeam, quem de tuo auxilio, et Patrocinio absque dubio promito. Sit igitur in te hujus cursus mei fructus, meorumq; aduentium profectus, ut quilibet ex nobis gaudens hæc dicere queant; Ad eandem ad Palmam, et apprehendam fructus ejus, et postea felix proclamet: Sub umbra illius, quem desideraveram sedi, et fructus ejus dulcis gutturi meo. Securum igitur in te invenio portum, securumq; refugium. Quid vix tutius Patrocinium quam tuum? Salus nra (O Josef) in manu tua est. Accedo inquam ad te magna cum fiducia, tanquam ad tronum Divinæ sapientiæ, et mecum omnes discipuli mei. En omnes isti

venexunt tibi, et sub tua maxima protectione sunt congregati. Filii tui sunt, tibi illos commendo; vias tuas demonstra illis, et semitas tuas edoce eos. Ut omnibus cum profectu vix, sapientiæ notas facias Philosophicas difficultates, et ad maiorem Dei gloriam, superius Scoticum flumen in omnibus apperias. Sic maxime optat, et humillimè poscit minimus servorum tuorum, et indignus Clientis Fr. Joannes Guexao.

### Oratio D. Paschalis ante studium dicenda.

Qui dominatus in virtute sua in eternum, respexit de exelso solio sue magnitudinis super cunctas vias filiorum Adam, et te (O Sanctissime Paschalis) vidit, et sustulit de gregibus ovium, atq. exaltavit super terram habitationem tuam in mentis excessu. Habuisti à Deo Scientiam Sanctorum, et replevit te Dom. Scientiarum sapientiâ nec non gratiam eam impetrandi prebuit tibi. Ego Sancte mi indigeo sapientiâ, quia egenus, et pauper sum: impetra que, so à Deo intellectum, et scientiam, et sapientiâ mihi, ut sciam quid beneplacitum sit apud illum; et spiritus ejus bonus dirigat semper gressus meos in semitis ejus, ut non commoveantur unquam vestigia mea, neque comprehendant me tenebre. Insuper cupio per te habere pro luce, et duce Maximam Stellam Splendidam, et Matutinam, ut ambulet in luce, et cum luce hac cunctis diebus, quibus nunc milito, et possim pervenire ad claritatem celestis Jerusalem, et tecum ingredi ad bona Dni. in lumine viventium, tecumq. psalere Deo Altissimo per cuncta secula. Amen.

### Lector Discipulis.

Dies desiderabilis Fratres Carissime, et Discipuli mei dilectissime dico desideratus illuxit vobis, in quo fecit Deus de tenebris lumen splendescere, dum de tenebris ignorantie vos ad lumen sapientiæ vocavit. Ne ergo vanum istam gratiam recipiatis, ut adjuvet vos Deus. Apponite corda vestra ad Doctrinam nam clara est, et que nunquam maxcescit sapientiâ, et facillè invenitur ab his, qui queunt illam. Si autem otio dediti, immemores beneficiorum Dei, et preceptorum Providentiæ fueritis, timeate ne vos comprehendat quod in sapientiæ cap. 3 dicitur, scilicet: „Sapientiâ enim, et disciplinam, qui abicit, infelix est, et vacua est spes illorum, et labores sine fructu, et inutilia opera eorum.“. Spero enim, quod gaudium meum sit plenum, vos videndo opere implere sicut mandatum accepimus à P. N. S. qui exortabat literas in suo ordine vigere, quin extingueretur spiritus devotionis cui debent cetera temporalia deservire. Sine intermissione orate, pacem habete, et Deus pacis erit vobiscum. Non sit jugum in te vos, Fratres enim estis. Sote ergo sicut filii Carissimi, et Deus pacis adimpleat sensus vestros, et intelligentias vestras. Amen. Valere in Dno dilectissime.

### Lector Lectori.

Nihil sub sole novum nec valet quisquam dicere, ecce hoc recens est: Jam precessit in seculis, que fuerunt ante nos. Ecclesiastes cap. I. v. 10. Mixabitur forsitan aliquis in inscriptionem libelli hujus; in qua polliceris videretur doctrinæ Doct. Subt. concordiam cum Recentiorum Philosophia. Quorsum (inquies) è cineribus Scotum Philosophum Peripateticum iterum suscitare,

atque elatebris illius revocare dogmata? Iue, præterea eē potest cum Doct. Subt. Recentiorum concordia, qui novas Philosophandi vias tentantes à Scoti Subtilitatibus toto Cælo distent necesse est? Quisquis enim hæc mixtura, mixturā desinēt, vāe intelligens Doct. Subt. amplexatum quidem fuisse usitatam Scolasticorum methodum, non exiitiseq. rigido Peripateticum, sed ob liberam opinandi rationem sectę potius Electiſe eē accedendum.

Hanc sanē ingenii libertatem aperire tribuit Wadingus in Doct. vita ita scribens: „ Illud præter reliqua potissimum: est admixtandum, quod cum neminem sibi proposuerit sectandum, neque in ullius verba iuravit, sed in veritatis gratiam, modo hunc, modo illum Doct. et si nominatissimū, et si doctrine, et sanctitatis titulo conspicuum, pro scolasticorum more, refellens, et S. Thomę Doctrinam multis nominibus, et communi calculo commendatam, placibus in locis impugnavit. „

Iua propter si Doct. Subt. in aliquibus Aristotelem fuit secutus, eo, quo pollebat ingenii acumine, ita interpretatus est, ut multas vulgares Peripateticum sententias ex ipso etiā Aristotele oppugnet. Et si usque nunc fere omnes Scoti interpretes illius doctrinam manibus, pedibusq. ad Peripateticorum partes universim traxerunt; illorum laborem inanem non iudico; tamen eorum placita reverenter auscultans, ut incertum non habeo, quod Antonius Possevinus in suo Apparatu Sacro nūtidē faretur, dicens: „ Et quamvis Doctoris Subt. concordiam cum Recentiorum placitis à prelaudata censura immunem non existimem, hoc unum tamen confidenter dico; Plexosque Scoti interpretes, non omnino ejus mentem fuisse assecutos: hoc est, quod dicit Ant. Possevinus. Quod si majoribus ritus licuit inter se diladixā, ac invicem plures de eadem re dissentire, utriusque arbitrariis se mentem Doctoris assecutos planē eē; Hæc potuerūt; ut ego in tali concordia sepe sepius ab utriusque dissentiens à vera Doctoris mente minus fore recedam.

Nunquam autem contra tot virorum, et Doct. dictamen hæc verba in mentem proferre mihi venisset; nisi Supremus totius Ordinis Minorum moderato vigillantiſsimus Rmūs. Pater F. Paschalis ab Vaxitio meus non fuisset Dux, atq. Magister. Postquam enim ex professō Scoti opera voluptavit, penitius securavit, ita Scoti doctrinam sicuti, et aliorum Philosophorum apertim novit, ut cum primum in reformatam Mediolanensi Prov. Ministrū munere fungeretur, providē adnūmverrens mentem Doctoris Philosophię Aristotelicę accommodare maximo impedim. eē scientiarum profectū; Recentioris Philosophię studium Enixē promovere curavit; quod magna animi sui volup-

tate, et aliquanto scientiarum profectu, in Italia potissimum brevi propagatum vidit.

Postea vero in nuperris Valentinus Comitatus Generalibus, omnium suffragio in supremum caput insusceptorumq. legitimum S. P. N. E. electus; intelligens ubique qua late patet Minorum Ordo, quosdam adhuc veterum Scotistarum methodo ita addictos esse, ut non nisi egerimine ab ea dimoveri possint, ad illos facilius dimovendos concordia iis exhiberi curavit inter Scotum, Recentioresq. Philosophos: Non quidem ut Fratres sue cure commisso, ac Peripateticorum sectam, iterum revocare; sed ut illi, qui Scotiste esse cupiunt, quin Scotiste esse desinere, saniori imbuerentur Philosophia, que Religiosos Adolescentes maxime decet, ac Sacrarum literarum studium, et perfectum Theologum formandum necessariam, aut idoneam esse arbitrarentur. Monentes insuper cavendum, quod exauditus, et nunquam satis laudatus Fr. Fran. Jaquies admonet; „Cavendum est, (inquit) quod faciunt Recentiores quidam superciliosi censores, ne tanquam inutiles omnino rejiciantur questiones nonnullae, que tamen „in Theologia sunt utilitatis maxime;“

Ad hunc enim effectum facile assequendum in Italiam restitutus, Romam regressus, et Coroneum transiens; R. P. Fr. Carlo Josefo à Sancto-Florentino ejusdem Strictioris Observantie, Provincie alumno, admonuit, meritoq. Obedientie precepit, ut quam citius cursum Philosophicum Scoticum Recentiorum placitis ac comodatum elaboraret, ut in lucem editum, per totumq. Ordinem dispersum; suum complete impleteret inceptum intentum.

Ita plane fuit, nam opus peractum tibi mandatum, communi omnium plausu sic fuit acceptum, ut Juvenum splendor, simul cum profectu, paucis nunc diebus jam agnoscitur.

Hicce de causis Nra. Alcantarensis Provincia. diligentia, qua potest preceptum vigilantissimi Superioris maxime obtemperans, de communi Definitorum consilio, et consensu, illud confirmavit; Philosophie Lectoribus demandans, ut in suis scriptis predicti Patris methodum amplectantur. En (Candido Lector) cum concordia N. D. Subt. cum Recentiorum doctrina, tibi displicere non debet. Spero enim quod te bene perpensa maxime desines. Si autem dicta satis non tibi sint, oro legas eximium P. Florentini prefationem in qua absque dubio invenies plus quam desideras. Vale, et

exa pro me.

# In Universam Philosophiam Præmium.

## S. Primum.

### De Philosophia juxta Græcum nomen, et vocis etimologiam.

Quæ antea juxta Græcum nomen *Sophia*, hoc est *Sapientia*, nunc *Philosophia* dicitur, et qui eam profitebantur *Sophi*, hoc est *Sapientes* appellabantur. Ideo Doctor Subt. in lib. I. cap. I. super *Metaph.* Aristotelis ait: „Cum antiqui studio sapientiæ, insistentes, *Sapientes* vocarentur, Pythagoras interrogatus, quid se profiteretur eē, noluit se nominare *Sapientem*, ut antecessores sui quia præsumptuosum hoc eē censebat; sed dixit: se eē *Philosophum* (id est) amatorem *Sapientiæ*; Ideo juxta vocabuli etimologiam, *Philosophia* nihil aliud est, quam *Philiiatis Sophia*, amor scilicet ac Studium *Sapientiæ*.

Sed quia amor sine operibus est equè mortuus, ac inefficax ut vox non lateat studium in *Sophia* adquirenda, et modus in illa exercenda, ut veri *Sapientiæ* amatores, audite Fratres Charissimi Angelicum Doct. D. Thomam opusculo 68 quendam scolarem instruente[m] sequentibus verbis: „Quia quesisti a me in Christo Charime Frater, qualiter te studere oporteat in thesauro scientiæ adquirendo: tale a me tibi super hoc tradidit[ur] consilium.

„Hæc monitio mea, et instructio tua: tandem loquentem eē jubeo, et tandem ad locutorium ascendere, conscientię puritatem amplectere, orationi vacare non omnibus te amabilem exhibere, nil quere de peccatis allor[um], nemini te multum familiarem ostendas, quia nimia familiaritas contemptum parit, et substitutioni, ac studio materiam subministrat; de rebus, verbis, et factis secularium nullatenus te introritas. Discursus omnes omnia fugias, Sanctorum imitari vestigia non omittas; non despicias a quo audias, Sed quidquid tibi dicatur boni memorię te commenda. Ea que audis, et agis fac ut intelligas; de dubiis te certifies, et quidquid possis amaxiolo mentis reponere sarage, sicut cupies vas implere. Altiora te ne quesieris. Illa sequę vestigia, frondes, et flores in vinea Dñi. Sabachit utiles, quamdiu vitam habueris proferes, ac produces. Hęc si sectatus fueris ad id attingere poteris quod affectas. Hactenus S. Doctor, cujus verbis aliquid addere decessisse foret. Amen.



## S. II.

### De Philosophiæ natura.

Philosophia (juxta rei naturam spectata) idem est ac sapientia, et definitur ex Veteris Philosophi à Tullio lib. 4 Tuscul., Reorum Divinarum, et humanarum scientia cognitioque, quæ ejusque rei causam agit. Ex Recentioribus aliqui ut doctissimus Gaspar Sagnea Wolfio (forte placet studentis) illam definiunt: Habitus seu facilitatem eorum, quæ sunt, v. fiunt rationem sufficientem percipiendi. Faud si brevitatis quis est amantior, (ut ipse ait) permittit definire posse: Habitus cognitionis Philosophicæ. Ceterum neutra definitio regulas bonæ definitionis observat. I.<sup>a</sup> nimis latè patet, quia non solum Philosophiæ, sed quilibet convenit facultati, quilibet enim facultas sufficientis rationis principio innititur, ita ut neque Supernaturalis Theologia in ipsa excludatur, cum prefata definitio objecta supernaturalia non secus, ac naturalia complectitur, videtur, ratioque sufficiens, etiamredi possit de rebus ad Fidem Divinam spectantibus per credibilitatis motiva. 2.<sup>a</sup> In brevitate peccat, eo quod non sit clarior definitio nec definitum ipsum complectatur, sing. his definitionibus similis, quas Scolasticorum nonnulli de occultis qualitatibus olim tradebant idem per idem explicantes: Exempli gratia vim magneticam virtus, qua magnes trahit ferrum definebant, album, quod habet a vendinem calidum, quod calore donatur &c. Vno verbo, ea ipsa ratione, qua Philosophia definitur juxta Sagneum, suosque sequaces, habitus cognitionis Philosophicæ; definire posset Theologia habitus cognitionis Theologicæ, Mathematicæ, habitus cognitionis Mathematicæ, Medicina, habitus cognitionis Medicæ &c. Sicque scientia que libet, ac facultas, quin agnosceretur illius natura, simili modo posset definiré, ignotum per ignotum explicando.

Ideo his duabus definitionibus illa preferenda est, quæ à Recentioribus communiter traditur: videlicet: Philosophia est cognitio certa, et evidens rerum naturalium per causas. Vel breviter: est rerum naturalium scientia. Quæ quidem definitio clara, et brevis est, constat genere, et differentia, convenit omni, et soli definito, in ea quæ demum servantur omnes recte definitionis Canones, ut in singulis videtur. Dicitur cognitio quæ locum habet generi per illam enim convenit cum qualibet vera, et falsa, erroneis, l. opinionis. Dicitur vera, per quam differt ab errore; Certa, ut distinguatur ab opinione, quæ errandi formidinem non excludit; Evidens, ut à fide segregetur, quæ obscuritatem includit; rerum naturalium, quia Philosophia circa ea objecta versatur, quorum cognitionem per solas nature vires, seclusa revelatione, assequi possumus. Dicitur enim per causas, quia Philosophus rationem afferre debet, cui res sint, aut esse possint. Quare ab historica

cognitione, quæ est nuda facti notitia, longè differat à Mathematica, quæ diversam rerum quantitatem, figuram, proportionem solum contempletur, quin rationem assignet eix res certæ, sit figuræ, vel non.

Obiiciunt aliqui contra allatam definitionem dicentes: talis definitio non convenit soli Philosophiæ, ergo non est bona definitio. Probatur antecedens talis definitio convenit Mathesi, ergo non convenit soli Philosophiæ. Probatur antecedens, Mathesis est cognitio certa et evidens, sed hæc est definitio Philosophiæ, ergo definitio Philosophiæ convenit Mathesi.

Respondetur I.º nego antecedens I.º et II.º et distingo majorem 3.º Mathesis est cognitio certa, et evidens quantitatum, et proportionum tantum concedo est cognitio certa, et evidens rerum omnium naturalium nego. Certum est, quod Mathesis habet certitudinem, et evidentiam quantitatum, et proportionum, idèo Scientia tantum quantitatum, et proportionum vocatur; non verò Scientia rerum naturalium in genere sicut Philosophia. Et licet quantitas, et proportio (ut partes Physicæ) rerum naturalium affectiones sint, hoc probat tantum secundum partem, allatam Philosophiæ, definitionem Mathesi convenire.

Respondetur 2.º distingo eandem majorem: Mathesis est cognitio certa, et evidens rerum naturalium præcisivè à causis, concedo est cognitio &º per causas nego. Unde dato, quod Mathesis haberet cognitionem certam, et evidentem rerum naturalium in genere cum rationem, et causas non possit assignare, cuius ita sit, i. non (demonstrare enim Philosophiæ proprium est) defectu huius particule, Philosophiæ, definitionem sibi appropriare non potest.

Dubitabit, utrum Philosophia sit scientia? Respondetur affirmative. Quod probatione non indiget tum ex dicendis de conditionibus generalibus scientiæ, tum ex dictis in sua definitione particulis. Ipse enim sunt, ac quæ ad scientiam assignantur.

Obiicies: Una ex conditionibus scientiæ, est, quod sit cognitio certa, et evidens sed Philosophia non est cognitio certa, et evidens, ergo non est scientia. Probo min. Fluxa sunt in Philosophia admodum incerta, et dubia, ergo Philosophia non est cognitio certa, et evidens.

Respondetur nego min. V.º et distingo antecedens 2.º Fluxa sunt in Philosophia incerta, et dubia, defectu Philosophorum, concedo defectu ipsius Philosophiæ, nego. Multa incerta, ac dubia,

4  
imò etiam aperte falsa in libris Philosophorum apparent; verum  
id Philosophiæ vitio non est vitandū, sed Philosophis, ac humani  
generis imbecillitati tribuendum. Philosophiæ institutum, est veri-  
tatem inquirere, atq. in ea traduntur regulæ, quibus certitu-  
do, et evidentia de qualibet re naturali assequi possit.

### S. III.

#### De origine Philosophiæ.

Philosophia suam originem habet à Deo, à quo bona cuncta pro-  
cedunt; ideo S. Augustinus lib. IV. de Civitate cap. 25. ait; „Si natura  
„nra esset à nobis, profecto, et nram nos genuissemus Sapientiam:;  
„nunc vero quia natura nra, ut esset, Deum habet Authorem, pro-  
„culdubio, ut vera sapiamus, ipsum debemus <sup>habere</sup> Doctorem; Ex quo infer-  
„tur, quod sicut Adam suam eē habuit à Deo, etiam Philosophia,  
„quam infusam accepit, Deum debet agnoscere Authorem, et ori-  
„ginem.

Quæritur primo an Philosophia, quam Deus infudit Adamo,  
fuerit perfecta notitia rerum omnium naturalium? Resp. Affir-  
„mative s. quia sic edocetur in sacra Scriptura, Eccles. cap. 17,  
„ubi dicitur & primis Parentibus; „Deus cor dedit illis excogitan-  
„di, et disciplina intellectus replevit illos; Creavit illis scien-  
„tiam spirituum, sensu implevit cor illorum, et mala, et bona osten-  
„dit eis. Ex quibus verbis, manifestum est, Philosophiam, quam  
Deus infudit Adamo fuisse perfectam rerum omnium na-  
turalium notitiam.

Probatum. Philosophia, que complectitur perfectam no-  
titiā Logicæ, Mathematicæ, Physicæ, et Ethicæ, est perfecta rerum  
omnium naturalium notitiā, sibi Philosophia, quam Deus infu-  
dit Adamo, erat perfecta notitiā Logicæ, Mathematicæ, Physicæ,  
et Ethicæ, ergo fuit perfecta rerum omnium naturalium no-  
titiā. Probo min. Per disciplinam intellectus, demonstratur Logica,  
que certis regulis, ac præceptis, intellectum hominis in veri-  
acquisitionem dirigit. Scientia spirituum ad Mathesi-<sup>am</sup> per-  
tinet, que res spirituales, et à materia abstractas, contem-  
plat. Sensus etiam implevit Deus cor illorum, quatenus  
eis sensibilibus notionibus invidit. Tum mala, et bona osten-  
dit eis, quod Ethicæ proprium est. Ergo Philosophia, quam  
Deus infudit Adamo erat perfecta notitiā Logicæ, Mathesi-  
cæ, Physicæ, et Ethicæ.

Probatum etiam ratione. Deus constituit Adamū,



Patrem, et Magistrum omnium hominum, qui gignendi exant, sed ad hec munera necesse erat, ut haberet perfectam notitiam rerum omnium naturalium, ergo Philosophia Adami fuit perfecta rerum omnium naturalium notitia. Provo min. ut munera impleat Patris, ac Magistrum necesse erat filios, nepotes, aliosq. porteros edocere, 1.º que, ad Religionem, et Dei cultum spectant. 2.º Que, ad vitam excolendam, atq. Artibus exexcendis auxilio futura essent; quosnam terre fructus ad escas, quos ad vestes comparandas eligent; que, sue, suorumq. prodesse possent valetudini, que, que nocere. 3.º Que, ad intelligentiam Solis, et Astroorum motus attinent, ut opportunis Anni temporibus telluris semina traderentur, coligerenturq. segetes, et alii fructus. Essentias demum, causas, et rerum omnium qualitates cognoscere. Sed hec omnia non intelligeret, nisi perfectam rerum omnium naturalium habuisset notitiam, ergo Pater, et Magistrum munera implexe non poterat, absque perfecta rerum omnium naturalium notitia.

Dices: Colonum nru, et Artifices predicta omnia prestant absque Philosophia, ergo nec Adamus illa egebat ad talia exexcenda, et docenda. Respondetur, certum est, quod isti instrumenta, et omnia, quibus opus est, parata jam habent, sed a senioribus, Artiumq. Magistris didicerunt. Adam vero, cum primus omnium fuerit, neque majores, neque Magistros habere potuit, a quibus exudiceretur., Ideo (inquit S. Thomas I.ª parte Summe, quest. 94. Art. 3.) sicut primus homo institutus est in statu perfecto quantum ad corpus, ut statim posset generare; ita etiam institutus est in statu perfecto quantum ad Animam, ut statim posset alios instruere, et gubernare. Non potest autem aliquis instruere, nisi habeat scientia. Et ideo primus homo sic institutus est a Deo, ut haberet omnium scientiam, in quibus homo natus est instrui.

Objicies primo: ex Sacra Scriptura constat Adamum non habuisse perfectam rerum omnium naturalium notitiam, ergo male asseritur ejus Philosophiam perfectam rerum omnium naturalium fuisse notitiam. Probatum antecedens: ex Sacra Scriptura constat Salomonem majorem de rebus naturalibus habuisse notitiam, quam Adamus,

sed notitia, quam habuit Salomon, non fuit rerum omnium naturalium, ergo ex Sacra Scriptura constat Adamo perfectam rerum naturalium omnium notitiam habuisse. Prob. maj. in Sacra Scriptura in lib. 3. Regum. cap. 3. Dixit Dom. Salomoni; dedi tibi cor sapiens, et intelligens, in tantum ut nullus ante te similis tui fuerit; nec post te resurrecturus sit. Sed hoc probat, majorem notitiam rerum naturalium in Salomone, quam in Adamo, ergo ex Sacra Scriptura constat, Salomonem majorem de rebus naturalibus habuisse notitiam, quam Adamus.

Resp. admito textum Sacre Scripture, et explico illum. dedi tibi cor sapiens, et intelligens, in tantum, ut nullus Regum Israhel similis tui fuerit &c. Concedo, et ita textus. In tantum, ut nullus absolute, nego, et non ita textus. Ibi ergo loquitur textus tantum comparative ad Reges Israhel, etenim lib. 2. Paralip. cap. 1. ubi eadem alloquitio Dei refertur; inquit Deus Salomoni: Sapientia, et scientia data sunt tibi, divitias, autem, et substantiam, et gloriam dabo tibi, ita ut nullus in Regibus nec ante, nec post te fuerit similis tui. Unde si rectus cum textu concordandus est, expresse constat quod de Regibus intelligenda est, I. loquitio, proindeq. nec per illam Adamo denegari debet.

Philosophia Objicies: 2. Adamus (juxta Sacram Scripturam) Philosophia carebat; ergo illa preditus non erat. Prob. antec. Adamus (juxta Sacram Scripturam) carebat scientia boni, et mali; sed scientia boni, et mali pertinet ad Philosophiam; ergo Adamus (juxta Sacram Scripturam) Philosophia carebat. Prob. maj. Sacra Scriptura in Genesis cap. 3 v. 1. Dicit, serpens Eve, loquens, dixit illi; Exitis sicut Divi scientes bonum, et malum. sed non ita loqueretur si Adamus scientia boni, et mali non caret; ergo Adamus (juxta Sacram Scripturam) scientia boni, et mali carebat.

Respondetur; nego antecedens 1. et distinguo maj. 2. Adamus (juxta Sacram Scripturam) scientia boni, et mali. Deo simili carebat, concedo; scientia vulgaris, et Philosophica, nego. Scientia boni, et mali, quam serpens Eve promissit, fuit scientia boni, et mali Deo similis, non autem scientia maxime Philosophica, quae jam donabatur; sicut constat Ecclesiastici: Cap. 17. ubi Divinus scriptor inquit loquens de primis Parentibus; bona, et mala ostendit eis. Unde, ut contradictio in textibus non inveniat, dicendum est serpentem scientiam tantum Deo similem pro-

missis, et quod antea scientia Philosophica præditi exant.

Dubitarur 2.º Vtrum Deus similiter Eve, Philosophiam infuderit? Resp. Affirmative. V. Quia verba Ecclesiastici superius citata, (ex quibus probatur Adamum Philosophia præditum fuisse) in plurali loquuntur, et de duobus communiter intelliguntur. 2.º Quia primæ omnium Mater in decoris delegandum, rationale non videtur. Aliæ enim Materiam omnium princeps omnipotenti Dei manu fabricata, pluribus aliis feminis longè cesseret, quæ scientia, ac exuditione Philosophica, posterioribus etatibus plurimum excelluerunt.

Inter Recentiores, et veteres feminas Philosophie nomen operamque deduxit: *Axate, Aristippi filia, Sascernia, ex Mantinea, Asciothea Phlæasia, I.º Patris, relique, Platonis discipule, In seculo 12.º Heloissa Petri Abaelardi Nannetensis. In ipso seculo, (illas innumerat prætermittendo) Domina Agnesi Mediolanensis, non solum Philosophicis scientiis, verum Arithmetice institutionibus, quas prælo edidit, celeberrima. Quod quidem etiam nunc in Hispania de pluribus quotidiana docet experientia.*

Notantur dicitur similiter: Non enim fuit equalis perfectionis Philosophia Adam, et Eve, sed, quæ esset proprio utriusque ornatu, et muneri accommodata; nempe in Adamo sublimior, universaliorque; In Eva vero minus universalis. Quippe, cum totius Mundi regimen, et Magistratum Adamo, eēt demandatum, pariter scientia rerum omnium, quæ in Mundo sunt debebatur. Hæc, cui solius rei familiaris cura gerenda erat, et muliebres artes filias edocere incumberebat, eorum tantum sufficiebat scientia, quæ ad rem familiarem, muliebresque artes conferre poterant.

## S. IV.

### De utilitate, et necessitate Philosophie ad Theologiam.

Quanta sit Philosophie ad Theologiam utilitas, ipsa experientia adeo invictè ostendit, ut Auctor Artis cogitandi, dissertatione 2.ª ingenue fateatur: „Ad Theologiam accurata Scolarum Philosophie notitia prærequiritur, cum hæc illius linguam vernaculam loquatur. Quia, quæ de multiplici distinctionum genere, ac de Relationibus in Philosophia traduntur, mixtice insequuntur Theologo, ut Mysticum S. S. Trinitatis facile modo possibile percipere valeat; atq. ab Hereticorum erroribus, et cavillationibus illud vindicare possit.

Quæ de natura scientiæ, ac veritatis propositionum exhibentur, ea Divine præscientiæ, et intelligende, et defendende plurimum conferunt. Disputationes de rationalis animæ facultatibus, eorumq. multiplici objecto, via activa, et habitibus, maxime utilesunt; ut, quæ Theologia tradit de visione beatifica Dei, de merito, aut demerito actionum, atque de supernaturalibus operationibus, tum cognosci, tum explicari, tum ab adversariorum objectis defendi possint.

8  
Ius ad loci naturam attinent, variamq. in loco presentiam, eiusq. modum exponunt, ad Divine immensitatis quoad substantiam, ad Sacramentalis Corporis Christi presentiam, declarationem, defensionemq. per utilia sunt Transsubstantiationi Eucharisticę notionem mutationis, et conversionis, aliãq. multa ex Philosophicis questionibus de propria luce præbere manifestum est. Denique distationes de causis de Existentiã, et possibilitate, de individuatiõne, et Subsistentiã, atq. plura aliãq. in Philosophia occurrunt, Fidei Catholicę, Mystericis, et Dogmatibus melius intelligendis, persuadendis, et defendendis non solum utilia, sed et necessaria sunt, ut in Theologia apparet.

celebratur Similitèr quanta sit ejus necessitas ita S. S. P. P. maxime commendatur nan Sancti Patres in rebus Theologicis, Philosophia usi sunt, eamq. ut summè necessariam commendant. In primis S. Gregorius Nazianzenus in libro Ciceronum carminum ad Celeucum, ipsum ita hortatur: „ Subtilibus Philosophorum meditationibus exerceo, et Moysi exemplo, què universam Aegyptiorum sapientiam perdidit, disciplina, Ethicorum doctrinam tanquam equi iudex, què fect sententiam legibus consentanea, veterum dogmatum libertati, quemadmodum omnino flexi pax est, et sapientie, me Sacrarum literarum contemplationi subseruire jubeto.

S. Basilus quoque oratione prima ad Adolescentes, illos ad scientiarum naturalium usum adhortatur exemplo Moysi, et Danielis, quorum prior in Aegyptiorum disciplinis animi exercitio fectur; posterior vero Babylone Caldeorum sapientiam didicisse. Idem uno ore alii Patres fatentur; et ne singulorum testimonia proferantur unus sit omnium instar Hieronymus, què in epis. To. ad Magnum, non solum rationis, ac Philosophiæ usum in rebus Theologicis commendat, veterum etiam ipsius defensionem ex professo suscipit; simulq. corroborat veterum Ecclesię defensorum et Patrum exemplo, què omnes (inguit) in tantum Philosophorum doctrinis, atq. sententiis suis referunt libros, ut nescias, quid in illis primum admirari debeas, exuditionem seculi, an scientiam scripturarum.

Quod attinet vero ad Dialecticam, ejusq. usum S. Basilus certè S. Gregorius Nazianzenus predicat oratione 20. quod Aates omnes, atq. doctrina frap proxime novisset. Idem docent S. Basilus, S. Gregorius Nizenus in lib. contra Euforium. Ciriulus Alex. in thesaurio, et dialogis, aliisq. in libris; cum pluribus P. P. tan Grecis; quam Latinis: è quorum numero S. Augustinus

9

necessitatis Dialecticæ videtur existit, et asserter aduersus Cresconium Grammaticum lib. I. Cap. XIII. et seq. ubi inter cetera, Christum Dominum Dialecticæ usum fuisse, asserit, dum Iudeorum perfidiam retundens, eos compulit confiteri, tributum Cesari esse tribuendum.

D. Paulum Apost. etiam Dialecticum fuisse ipse contendit; quia acutè disputabat cum Stoicis Dialecticis, et ne sim molestus omnes S. S. P. P. Philosophia, et Dialecticæ sic usæ sunt in rebus Theologicis, eiusq. utilitatem, et necessitatem ita commendant; ut S. Basilius ad cap. I. Isayæ, ita pro omnibus loquitur: „Facultas Dialecticæ, instar muci est Sacris Dogmatibus, quod ea non sinit facile diripi, et quorumlibet incursionè patere.”

Ita S. S. Patres de utilitate Dialecticæ, ad Theologiam, quod quidem omne de ceteris Philosophiæ partibus abs dubio debet intelligi. Respectu autem aliarum facultatum, Philosophia secundum omnes suas partes (specialitèr Phisica) non minus utilis, necessariaq. reputari debet, ut in proprio suo Præmio (Deo dante) demonstrabitur. Ex quo apparet quantè sit virtutis utilitatis, et necessitatis ad Theologiam ceterasq. scientias Philosophiæ quoad omnes suas partes, præcipuè Catholico viro, ut se se in Fide corroboret, alios confirmet, Hæreticosq. confundat.

## S. V. De divisione Philosophiæ.

Cum Philosophia (ex ejus patet definitione) sit rerum omnium naturalium notitia, tot debent esse Philosophiæ partes, quot sunt generice rerum classes, quæ lumine naturæ cognosci possunt. Et cum mens humana ipso lumine naturæ cognoscat se agere, se esse seq. à rebus quibusdam extra se positis aliquid pati: etiam se cognoscere quædam appetere, et à quibusdam auerterari, etiam externa objecta modo produci, modo interire, ac per quamdam successionem eorum unum ab altero gignit, optime cognoscit, hæc omnia non esse entia à se, sed ab alio, sed deveniendum esse ad aliquod primum ens, quod ab alio non sit, sed à se, quod semper existerit, cui referenda sit omnium rerum, quæ in Mundo sunt existentia.

Hæc denique omnia attentè contemplantis, et secum ipsa revolvens intelligit neque se, neque

corpus, cui juncta est, semper existere; sed ens quoddam infinitum, et simplicissimum, omnis proxius materię, express, primum rerum omnium principium (quod Deum vocamus) tantum existere, et existit semper.

Ex quibus infertur quatuor debere esse saltem Philosophię partes. Si enim agendum sit de mentis humane cogitationibus, has dicitur Logica; si de actibus voluntatis, hos Ethica moderatur; si de rebus corporeis, ac materialibus, de is disputat Physica; si denique de incorporeis, et immaterialibus has Metaphica contemplantur. Unde vero Logica, Ethica, Physica, et Metaphica sunt quatuor partes generales Philosophię communiter acceptę.

Ceterum cum in omnibus ordinem servare maxime utilitatis sit, etiam in Philosophię partibus suum ordinem assignabimus. Ideo cum Logica doceat disputandi Methodum, ac veritatis inquirende, demonstrande, q. rationem offerat; 1.º Locum optinere debet. 2.º Loco tractanda est Metaphica, tantum juxta partem, quam Ontologiam, dicunt; in qua entis cause, alię q. universales rerum notiones explicantur, que sive Corporeę sive Spirituę, sive rei cuilibet possunt convenire. Nam ut inquit Doct. Subt. lib. I. Sent. dist. 3. Quest. 2. Metaphica est prima secundum sciendi distinctę; quia ipsa habet certitudinem principia aliarum scientiarum.

3.º Loco tradenda est Physica; ad illam enim per tractandam sufficiunt universales, et generalissimę rerum notiones, quas exhibet Ontologia; qui ordo pluribus etiam Scotis duplicet, ceterum forte quia Doctorem non legunt. Ipse enim Doct. in lib. I. Phys. q. 1.º ait: „Scientia naturalis (id est Physica) presupponit Metaphicam quantum ad aliquam partem sui tanquam priorem via doctrine. Notantem dicitur a Doct. Subt. non universam Metaphicam, sed quoad aliquam tantum sui partem; quia, ut ipse immediate subdit; Pars illa Metaphicę, que est de substantiis separatis, presupponit scientiam naturalem via doctrine, eo quod per principia naturalia devenimus in-“

77  
nitionem ipsarum.

Separatarum substantiarum nomine ibidem quæ-  
quarta spiritus ac deo potissime Angelorū. Doct. designat.  
Ex quo ratio evidens assignatur, cui 4<sup>o</sup> loco, seu immediate post Phi-  
sica, Methaphisicæ pars altera, (scilicet Pneumatica) quæ de spi-  
ritibus aptè extractanda sit. Cum enim Dei existentia  
simulq. summa ejus Providentia, ex Mundi existentia, mi-  
xtoq. rerum mundanarum ordine demonstraretur; quomodo com-  
id rite fiet, nisi prius quid sit Mundus illiusq. ordo innotescat?  
Angelorum pariter existentia si uadetur ex mundanis  
quibusdam effectibus, qui corporeæ naturæ vires superaxe vi-  
dentur. Mensq. humana juncta corpori, plures prestat opera-  
tiones, quæ à corporeis organis omnino pendent. Poterit rati-  
o, clariq. notitia haberi humane mentis suarum ope-  
rationum, ejusq. virtutis, nisi prius humane corporis struc-  
tura, atq. mechanica cujuslibet organi dispositio clare cog-  
noscatur?

Ultimo loco reliquitur Ethica: hæc enim hominis  
officia erga Deum, erga proximum, et erga se ipsum, expli-  
cans, Dei hominisq. notitiam debet supponere. Quare in om-  
nibus ordinem recte rationi magis consonant, mentiq. Doctrinæ  
conformem assequentes, et de universalibus ad particularia des-  
cendentes; prius Logicæ regulas, seu Sumulas, deinde dispu-  
tationes Logicæ. 2<sup>o</sup> loco Methaphisicam s. seu ontologiam. 3<sup>o</sup>  
loco Phisica tam generalem quam particularem, 4<sup>o</sup> loco Meth-  
aphisicam 2<sup>m</sup> seu Pneumatica; ac deniq. Ethicam exorta-  
bitur: atq. in his singulis peculiaribus earum partes præmitte-  
mus, quæ ad facilitatem aliarum intelligentiam sternere  
viam possunt.

11 1/2

The first part of the paper is devoted to a general  
 consideration of the subject. It is shown that the  
 results of the experiments are in agreement with  
 the theoretical predictions. The following table  
 gives a summary of the results obtained.

Temperature (°C)	Resistance (ohms)
0	10.0
10	10.5
20	11.0
30	11.5
40	12.0
50	12.5
60	13.0
70	13.5
80	14.0
90	14.5
100	15.0

It is seen from the above table that the resistance  
 increases linearly with temperature. This is in  
 agreement with the theoretical prediction that the  
 resistance of a metal increases with temperature.  
 The slope of the line is found to be 0.05 ohms/°C.  
 This value is in good agreement with the value  
 obtained by other workers.

The following table  
 gives a summary of the results obtained.

The following table gives a summary of the results obtained.

Temperature (°C)	Resistance (ohms)
0	10.0
10	10.5
20	11.0
30	11.5
40	12.0
50	12.5
60	13.0
70	13.5
80	14.0
90	14.5
100	15.0

It is seen from the above table that the resistance  
 increases linearly with temperature. This is in  
 agreement with the theoretical prediction that the  
 resistance of a metal increases with temperature.  
 The slope of the line is found to be 0.05 ohms/°C.  
 This value is in good agreement with the value  
 obtained by other workers.

The following table gives a summary of the results obtained.

Temperature (°C)	Resistance (ohms)
0	10.0
10	10.5
20	11.0
30	11.5
40	12.0
50	12.5
60	13.0
70	13.5
80	14.0
90	14.5
100	15.0

It is seen from the above table that the resistance  
 increases linearly with temperature. This is in  
 agreement with the theoretical prediction that the  
 resistance of a metal increases with temperature.  
 The slope of the line is found to be 0.05 ohms/°C.  
 This value is in good agreement with the value  
 obtained by other workers.



### Disputandi Methodus proponitur.

Quamvis communiter in tertia, l. quarta Logice parte disputationis regulæ assignari soleant, cum sepe contingat, ut valde necessarium, et clarumq. ad intelligentiam, etiam in Philosophiæ prologo, in ipsiusq. institutionibus aliqua dubia argumentis demonstrare, definiere, et dividere plura; ignorem. Theses, quid, cuiusq. rationis sit argumentum, quo appelletur nomine, cuius quantitatis, et qualitatis sit propositio provanda, l. neganda, quid demum sint definitio, divisio, quibusq. legibus perficiende; ita ut solo verborum sermone, ac memoria omnia tenere cunctantes, maiorem Logice partem audiam, quin ea, que leguntur, satis intelligam. Hæc de causa in hoc loco, ut opportuniorem, aliqua brevitate de disputationis legibus demonstrabo.

Disputatio, sive provatio, et confutatio argumentationibus perficitur; argumentationes propositionibus constant; propositio vero, (que Thesis etiam dicitur) est oratio, in qua unum de aliis affirmatur, l. negatur: si aliquid e subjecto affirmatur; v.g. homo est rationalis, dicitur affirmativa, quia affirmatur rationalitatem homini convenire; si vero de illo aliquid negatur, ut in ista: homo non est rationalis, negativa appellatur, quia negatur rationalitatem homini convenire.

Propositio coalecit ex subjecto, copula, et predicato. Subjectum dicitur: illud de quo aliquid affirmatur, l. negatur; Predicatum; illud quod de subjecto affirmatur, l. negatur; Copula vero (que etiam conjunctio vocatur) est nexus significans convenientiam, l. discrepantiam predicati, cum subjecto; ut in superius allato exemplo: homo est rationalis; homo minus exerceat subjecti, verbum est, copule, et rationalis, predicati.

Sepe etiam tan subjectum, quam predicatum, terminus, et extrema propositionis appellantur: Scilicet subjectum minus terminus, l. minus extremum, predicatum vero, major terminus, l. major extremum, et aliquando attributum.

Non semper nescere videtur propositionem tribus expressis constare vocabulis, quorum unum munere subjecti, alterum predicati, et alium copule indicetur; nam multisoties unicum vocabulum vices gerit copule, et predicati; ut exemp. præstat. Petrus studet, est integra propositio, que in hæc resolvitur: Petrus est studens; ubi apparet verbum studet vices gerens copule, et predicati. Etiam unica vox completa, æquivalet propositioni, vices supplems non solum copule, et predicati, sed etiam subjecti, v.g. intelligo, sapio sunt due propositiones hæc sequentibus omnino similes: ego sum intelligens; ego sum sapiens.

Propositio, que oppugnatur, questio appellatur; dum autem probata est, conclusio dicitur. Ad ejus pro-

barionem, 3. assignatur terminus, qui medius dicitur, et taliter vocatur, quia per illum convenientia, aut discrepantia, inter majus, et minus extremum cognoscitur. Medius terminus à definitione rei, de qua agitur desumitur. Quasi si probanda esset hæc propositio: homo est rationalis, confugerem ad definitionem rationalis dicendo:

Quidquid est capax discurrendi, est rationalis,  
sed homo est capax discurrendi  
ergo homo est rationalis.

Etiam ex definitione rei potest falsitas propositionis ostendi; ut in ista, equus est rationalis, sic dices:

Quidquid est capax discurrendi, est rationalis;  
sed equus non est capax discurrendi,  
ergo equus non est rationalis.

Item medius terminus potest exiri, etiam ex rei divisione; ut si demonstranda esset hæc propositio; omne animal est sentiendi capax, per divisionem animalis formatum argumentum dicendo:

Omne animal, l. est rationale, l. irrationale,  
sive rationale, sive irrationale, est sentiendi capax,  
ergo omne animal est sentiendi capax.

Denique medius terminus, etiam comparari potest ex rei proprietatibus, actionibus, effectibus, acjunctis, aliisq. fortibus, de quibus in fine Logice, erit sermo.

In his, sicut,

et in aliis similibus argumentis dux primæ propositionis vocantur premissæ, eo quod conclusioni, quæ 3 tenet locum, præmittantur. Premissarum, prima vocatur mayor, secunda minor.

Omnia argumenta, quæ tribus constant propositionibus, Silogismi appellantur. Aliquando etiam in argumentatione premissarum una omittitur, et solum subintelligitur, tuncq. argumentatio Enthymema vocatur; v. g. corpus est divisibile: ergo corpus pluribus constat partibus. Unde subintelligitur hæc propositio: omne divisibile pluribus constat partibus, quæ loco mayoris ponenda erat. Premissa in Enthymemate antecedens vocatur: et conclusio dicitur consequens; ipsaq. consequentis connectio cum antecedente per particulam ergo significata, consequentia appellatur.

Admadvetere maxime oportet, nunquam negandum; l. concedendum esse consequens, nec distinguendam consequentiam; sed distinguendum consequens, consequentiamq. negandam, l. concedendam; quia consequentia nunquam est dubia, sed bona, aut mala; consequens vero est verum, falsum, l. dubium. Ratio est: quia consequentia sequitur Silogismi formam, quæ est bona, aut mala præcisè; consequens vero, seu illatio sequitur materiam, quæ, vera, falsa, aut dubia esse potest. Id evidens apparet, hoc exemplo:

Omne animal est rationale,  
sed Leo est animal,  
ergo Leo est rationalis.

In quo consequentia est bona, quia sequitur ex præmissis concludentibus in modo

perfecto scilicet; Danij. Et tamen consequens est falsum, quia sequitur ex falsa materia, nempe, quod Leonum conveniat rationalitas.

Quare scitu dignum est, in qualibet argumentatione (Sillogismus, l. Enthymema sit) materiam formamque inveniri. Propositiones, et termini, ex quibus Sillogismus componitur, ejus materia sunt; que proxima una; alia remota est. Proxima: est ex qua immediate Sillogismus formatur; scilicet: Propositiones. Remota vero: est illa ex qua non nisi remote, et mediate formatur Sillogismus; nempe termini. Nam ex istis componuntur propositiones, ex propositionibusque Sillogismi. Forma vero: est terminorum, et propositionum apta dispositio; ita, ut si exprimitur, seu antecedente consequentia recte exuat, Sillogismi forma vera, et legitima est, et tunc argumentum dicitur esse in forma: sin autem non recte deducatur consequentia, forma vitiosa exit, et argumentum in forma non esse dicitur.

Quoniam vero (ut supra dictum est) medium terminum ad provocandam, l. oppugnandam questionem, ex rei definitione, ejusque divisione potissimum exuendum esse simulque in Philosophie proemio, et in terminis penes omnia, que traduntur, per definitionem, et divisionem explicantur: Ne tironum labor sit inanis, eo quod intelligentia exum, que memoria retinent, omnino latet; quid sit definitio, quid divisio que exaxam neget necessarium explicare videtur.

Definitio alia nominis est, alia rei. Definitio nominis: est oratio, seu propositio explicans intentionem alloquente vocabuli cujuscumque significationem, seu etymologiam; ut Philosophia est amor sapientie. Istius definitionis usus, apud N. D. S. frequentissimus est, per necessariumque in disputationibus, ne ejus defectu, sustentans ejusdem vocabuli unam intelligentiam, Arguantque aliter prebens, argumentum in obscuritate laboret.

Definitio rei: est oratio explicans rei naturam. Una dicitur propria, seu perfecta, et est: que explicat naturam rei per predicata essentialia; ut homo est animal rationale. Alia est impropria, seu imperfecta, et est: que explicat naturam rei per illius affectiones; et descriptio potius nominatur, quam definitio; ut homo est animal risibile, loquax, bipes &c. Definitio essentialis dividitur in Physicam, et Metaphysicam: Physica estque explicat naturam rei per partes fisicas; ut homo est ens compositum ex anima, et corpore. Metaphysica vero: est que explicat naturam rei per partes Metaphysicas: ut homo est animal rationale.

Ut bona sit definitio quatuor regulis communiter assignantur. I<sup>a</sup> definitio congruere debet ex genere, et differentia, scilicet quod res definita in aliquo conveniat cum pluribus speciebus distinctis, et differat ab omni extra ipsum. Ut in allata definitione

hominis, ubi animal habet locum generis quia convenit cum brutis; et rationale differentie, per quam differt ab omni non homine. 2.<sup>a</sup> Definitio sit clarius et definita; quare definitio explicans idem per idem non est bona, quia ad maiorem claritatem rei definitae institutus est definitioum usus.

3.<sup>a</sup> Definitio debet esse brevis; nimirum, quod in ea nihil redundet, ne per plura fiat, quod fieri possit per pauciora; Ideo vitiosa est haec: homo est animal rationale, bipes, mortale, quia voces bipes, et mortale, sunt superfluae.

4.<sup>a</sup> Definitio convenire debet omni, et soli definito; seu conveniens cum definito. Unde in scolis haec axiomata assignantur: cum convenit, aut repugnat definitio, convenit, l. repugnat, et definitum. Et vice versa: cum convenit, l. repugnat definitum, convenit, aut repugnat illius etiam definitio. ita ut possit dici: homo est animal rationale, ergo animal rationale est homo; Et est contra.

Doct. Sub. in 4.<sup>o</sup> dist. 1.<sup>a</sup> quest. 1.<sup>a</sup> inquit: illud quod proprie definitur, debere esse: „Ens positivum unum per se, reale, compositum, et universale. Ideo nec ens rationis, nec ens negativum, nec ens singulare, nec aggregata per accidens, possunt perfecte defini. Ens quippe rationis non habet esse reale, ens negativum nihil est, et ens singulare, ut tale non est definibile juxta illud Philosophi: „Particulare non est definitio.

13. Prob. 2.<sup>o</sup> Autoritate Doct. in sequenti Conclusionē assignanda. (n. 17). Obj: 1.<sup>o</sup> Aristoteles lib. 1.<sup>o</sup> Ethicorum cap. 7.<sup>o</sup> inquit: Illi tollunt naturam Logae, qui eam n. facultate, d. scientia vocant, d. facultas n. ē. scientia; q. ex Arist. Loga n. ē. scientia. 2.<sup>o</sup> inquit: absurdum ē. querere scientiam, et modum sciendi. 3.<sup>o</sup> numerans scientias n. meminit Logae; q. ē. quia n. ē. scientia.

Resp. neg. conseq. Nihil enī sequitur ex Arist. dictis bene intellectis. Nam 1.<sup>o</sup> Arguit eos, qui tractant Logam ut instrumentalem, et alios insexientis. Ad 2.<sup>um</sup> respondet Doct. Sub. dicens: Loga n. ē. modus sciendi formaliter, et in recto, d. materialiter, et concomitantē, quatenus agit de modo sciendi. Alia = Scientia versantur circa res, haec autē circa modum sciendi; et quia modus sciendi debet prius haberi, et quiri, quae scientia, ideo recte dicit Arist. absurdum ē. querere simul utrumq. d. successive. Ad 3.<sup>um</sup> Loga ē. scientia rationalis, ideoq. n. fuisse numeratam ab Arist. quia ibi tantum numeravit scientias reales.

14. Obj: 2.<sup>o</sup> Scientia acquisita per demonstrationem, d. Loga docens n. acquisita per demonstrationem; q. Loga docens n. ē. scientia. Prob. min. Demonstratio praecedit omnem scientiam, d. demonstratio n. potest praecedere Logam docentem; q. Loga docens n. acquisita per demonstrationem. Maj. patet: quia causa praecedit suum effectum. Prob. min. Si demonstratio praecederet Logam, idem esset prius, et posterius se ipsa, d. hoc nequit admitti; q. demonstratio n. potest praecedere Logam. Prob. maj. Esset prius, quia praecederet Logae; esset posterius, quia Loga docet demonstrationem, q. esset prius, et posterius se ipsa; et ex consequenti sequeretur processus in infinitum.

Resp. dist. maj. 1.<sup>o</sup> Scientia

acquisita per demonstrationem artificiosam, l. lumine naturali facta; conc. precise artificiosam facta; neg. Et dist. min. Loga docens n. acquisita per demonstrationem artificiosam facta; conc. lumine naturali facta; nego. Similiter dist. maj. 1.<sup>o</sup> probationis. Demonstratio naturalis, l. artificialis praecedit omnem scientiam; conc. precise artificialis; neg. Ad 1.<sup>am</sup> demonstrationem Logae solim praecedit demonstratio, et Loga naturalis, per qua Loga artificialis acquisita, et docet demonstrationem artificiosam. Sic generata fuit Loga artificialis.

1.<sup>o</sup> Per Logas naturales formantur homines bonos, et malos Syllogismos, advertunt porro aliquos defectus, et post longas reflexiones, et exercitationes invenunt tandem regulas generales, quibus infallibiliter conficerentur Syllogismi, et demonstrationes artificiosae. Ita ut demonstratio Naturalis fuit causa demonstrationis artificiosae, quam modo habemus. Ex quo aparet, si quis dicat sicut iste demonstrationes, nec verificatur, q. idem sit prius, et posterius, nec processus in infinitum.

15. Obj: 3.<sup>o</sup> Scientia debet ē. de rebus necessariis; d. Loga docens n. ē. de rebus necessariis q. Loga docens n. ē. scientia. Prob. min. Loga docens agit de rebus contingentibus, et aparentibus; d. res aparentes, et contingentes n. n. necessariae; q. Loga docens n. ē. de rebus necessariis. Prob. maj. Loga docens agit de fallacis, et syllogismo Topico, d. haec sunt res false, q. aparentes, et contingentes; q. Loga docens agit de rebus contingentibus, et aparentibus.

Resp. dist. maj. 1.<sup>o</sup> Scientia debet ē. de rebus necessariis quoad essentiam, et specificationem; conc. quoad existentiam, et exercitium; neg. Et dist. maj. prob. Loga agit de rebus contingentibus, et aparentibus materialiter, in se; conc. Formaliter, et prout

consideratur in Loga neg. et simili dist. min. prob. Nihil enī verius, nec magis necessarium ē. quam q. docet de fallaciis, et syllogismo topico, scilicet: ex falsis, et apparentibus n. elici nisi errorem; ex probabilibus q. cognitionis probabilem, et opinionem. Artificium enī in istis ē. equē necessarium, ac inde-  
moreativis; scilicet: quo ad modum, et figuram, et ad vitandam captioem, et detegendos defectus;  
tam clare, et specificē.

16. Inst: Sed Loga n. ē. de rebus necessariis, nec quo ad essentia, q. n. tenet dist. Prob. min. sub.  
Loga agit de ente rationis; d. ens rationis n. ē. necessarium quo ad essentia; q. Loga n. ē. de rebus  
necessariis, nec quo ad essentia. Prob. min. Non ens, n. habet essentia, d. ens rationis ē. n. ens; q.  
ens rationis n. habet essentia.

Resp. neg. min. sub. et dist. maj. prob. Loga agit de ente ratio-  
nis, hoc ē. de ente, q. pendet a ratione inflexi, et ēē. et habet veram essentiam; conc. De ente  
ficto, ut ē. Chimera; neg. Sed ens rationis in 2. sensu n. habet essentia, conc. In 1. sensu, neg.  
Ut quilibet scientia sit de rebus necessariis, n. ē. necesse, ut res necessario existant, hoc pro-  
prium ē. solius Dei, q. solius Dei tantum haberi potest scientia; d. sufficit, q. res aliter, ac sunt,  
quo ad sua prouta essentialia, ēē. n. possunt. Unde licet ens rationis Chimericum, essentiam n.  
habeat, quia illi repugnat Definitio, Divisio Syllogismus, et 2. intentiones, que opera rationis  
sunt; veram, et necessariam habent naturam, ac realia, et eternam veritatis sunt quantum  
ad conexione proutum cum ipsis, n. aut, quo ad existentiam cum ipsis.

### Conclusio II.

## Loga Artificialis utens, formaliter ut utens n. ē. Scientiar.

17. Prob. 1. ex Doctore Subt. „ Loga dupliciter consideratur, uno modo in quantum ē. docens,  
et sic ex necessariis, et propriis principis procedit ad necessarias conclusiones; et sic n.  
ē. scientia. Alio modo, in quantum utimur ea aplicando eam ad illa, in quibus n.  
ē. usus; et sic n. ē. scientia. „ Ergo ex Doct. Subt. ut utens n. ē. scientia.

18. Prob. 2. ratione. Formalis ratio, sub qua nomen scientie datur alicui cognitioni de-  
bet ēē. quid necessarium, et per se intentum a scientia, d. Loga utens formaliter ut utens  
n. ē. quid necessarium, nec intentum a Loga, q. Loga utens n. ē. scientia. Prob. min. Loga  
utens, seu usus ille regularis ē. quid contingens, et sola cognitio bonae definitionis  
et argumentationis intenditur a Loga; q. Loga utens, seu usus ille regularis  
n. ē. quid necessarium, nec intentum a Loga. Prob. ant. Usus ille regularis ē. de  
predicam. actionis et q. intenditur a Loga ē. habitus de Predicam. qualitatis,  
d. actio ē. quid distinctus ab habitu; q. usus ille regularis ē. quid distinctus, ad illa  
quod intenditur a Loga, d. quod intenditur a Loga ē. quid necessarium; q. usus ille  
ē. quid contingens, et n. intenditur a Loga.

19. Prob. 3. Instrumentum sciendi n. ē. scientia, d. Loga utens formaliter ut utens  
ē. instrumentum sciendi; q. n. ē. scientia. Maj. patet. Non instrumentum artis n.  
ē. ars; q. similia instrumenta scientie n. ē. scientia. Min. prob. Juxta omnes  
Loga organum, et instrumentum sciendi, d. hoc nequit intelligi de Loga docente re-  
duplicative ut talis; q. de Loga utente formaliter ut utens intelligendus ē.

20. Obj. 1. Loga utens valtem in parte demonstrativa ē. scientia; q. n. absolute  
negandum ē. scientiam ēē. Prob. ant. Usus constructivus Syllogismi demonstrati-  
vi ē. actus scientificus, d. iste usus ē. Loga utens in parte demonstrativa; q.  
Loga utens in parte demonstrativa ē. scientia. Prob. maj. Usus constructivus  
Syllogismi demonstrativi ē. ipsa demonstratio posita in exercitio, d. demonstratio  
posita in exercitio ē. actus scientificus; q. usus constructivus syllogismi demon-  
strativi ē. actus scientificus. Prob. min. Demonstratio posita in exercitio ē. syllo-  
gismus faciens scire, d. syllogismus faciens scire ē. scientificus; q. demonstratio posi-

ta in exercitio, e. actus scientificus. Brevisime poterat istum argumentum solvi hoc syllogismo: Actualis constructio demonstrationis, e. actualis scientia, d. Loga utens in parte demonstrativa e. actualis constructio demonstrationis; q. Loga utens in parte demonstrativa e. actualis scientia. Si hoc admittitur; etiam debet admitti, q. Loga utens, quoad partem topicam, et sophisticam e. scientia. Et sic formatur instantia: Actualis constructio demonstrationis e. actualis scientia, d. Loga utens in parte topica, et Sophistica e. actualis constructio demonstrationis; q. n. solum in parte demonstrativa; d. etiam topica, et Sophistica e. actualis scientia; q. nec Contrarii, ut Aquinas, et Palancus admittunt.

Resp. q. in forma, neg. ant. v. et dist. maj. prob. Vnus constructivi syllogismi demonstrativi quantum ad materiam, et substantiam e. actus scientificus, conc. duo ad formam artificiosam, neg. Vnus enim constructivus syllogismi demonstrativi, seu demonstratio posita in exercitio duo importat, formam artificiosam, et materiam artificiosam. Quantum ad formam n. e. scientia, d. conditio ad scientiam; quo ad materiam in premissis e. causa scientie applicata per formam, tanquam conditionem; et in consequ. e. ipsa scientia causata ex premissis per formam artificiosam dispositis. Quare materia, formaq. distingui debet in quolibet artificio Loga, nonq. confundi. Si enim actualis scientia esset actualis forma, seu dispositio pro formali, etiam syllogismus probabilis, et Sophisticus essent actualis scientia, ut ex parte forme eandem dispositionem habeant, solumq. distinguantur a demonstrativa per materiam.

21. Obj. 2. Loga docens juxta dicta e. scientia, q. etiam Loga utens. Prob. ant. Habitus Loge docentis, et utentis e. idem, q. si Loga docens e. scientia, etiam Loga utens. Conseq. patet. Nq. unus, et ejusdem habitus eadem e. ratio.

Resp. neg. 1. am. conseq. et dist. ant. prob. Habitus Loge docentis, et utentis, e. idem realiter, conc. formaliter, nego. Et eodem modo distinguitur ratio consequentis. Si enim utriusque habitus esset idem, tam formaliter, quam realiter, utique esset eadem ratio de utrisque, d. sufficit identitas realis, que bene componitur cum distinctione formali; ut sub uno respectu dicatur scientia, n. q. sub alio.

Questio II.

An Logica aliquo modo possit vocari Ars? In

22. Ars definita fuit cum Arist. n. 6. Habitus cum recta ratione activus, i. factivus. Ad completam rationem Artis Doct. Sub. in 1. dist. 89. n. 5. ait requiri, q. ratio sit recta, id e. rectificans potentia, ideoq. in Deo tantum conceditur Ars diminuti, pro vera ratione operandis; n. tamen pro ratione recta, quia voluntas Dei rectificari non potest, cum sit ipsa summa rectitudo. Activus dicitur si sit principium operis interni, q. n. exceditur extra Animam. Factivusq. quatenus principium operis externi. Sic discurrere, amare d. dicitur actio activa; et fabricare domum; construere scannum, actio factiva.

23. Ex hac differentia oritur divisio Artis in liberales, et mechanicam. Liberalis e. que exercetur per potentias animae. Ideoq. n. dicitur servilis sicut corpus, d. libera sicut anima. Omnes hujus speciei Artes hoc versiculo continentur:

Lingua, Tropus, Ratio, Numerus, Tonus, Angulus, Astra.

Cujus explicatio e: Lingua significat Grammaticam. Tropus Rhetoricam. Ratio Dialecticam. Numerus Arithmeticam. Tonus, Musicam. Angulus, Geometricam. Astra Afriologiam. 24. Ars Mechanica e. illa, que exercetur per facultates corporis, et per actiones transeuntis in externam materiam. Ius etiam dividitur in septem hoc versiculo contentas:

Rus, Nemus, Arma, Faber, Vulnere, Lana, Rates. 2 2 2 2

Rus Agriculturam denotat. Nemus, Artem Venatorum. Arma, Artem Militarem. Faber, Artem Fabricalem. Vulnere, Chirurgiam. Lana, Artem texoria. Rates, Artem Nauticam.



29. Aliquod potest esse necessarium *Metaphisicè, Phisicè, et Moralitèr*. *Metaphisicè* necessarium dicitur id, quo sublato, nec potentia Dei absoluta finis consequi potest. Sic dicitur intus necessarius ad scientias quaslibet acquirendas. *Necessarium Phisicè*, est illud sine quo finis per naturam vires consequi non potest. Sic est necessarium alimentum ad vitam diu conservandam; licet enim Divinitus, quis possit absque alimento, longo tempore vivere, non autem per naturam vires. *Necessarium Moralitèr*, est illud, quo sublato intentus, finis non nisi maxima cum difficultate obtinetur, naturam vires; Sic pecunia sunt necessaria ad bellum gerendum.

30. Etiam aliquod potest esse necessarium absolute, seu simpliciter, et conditionate, seu secundum quid. *Necessarium simpliciter* dicitur: illud, sine quo finis, nec bene, nec male consequi potest. Oculis ad videndum est necessarius simpliciter, quia sine illo, nec bene, nec male videri potest. *Secundum quid* dicitur necessarius ad esse. *Necessarius secundum quid*, dicitur illud, sine quo potest consequi finis, sed non ita citius, nec facilius, nec perfectius. Sic equus dicitur necessarius ad equitandum. Nam licet, quis posset pervenire ad Franatam pedes, et non equitando; tamen citius, facilius, et minore labore, cum eo iter conficeret. Ideo vocatur etiam necessarium ad melius esse.

31. Distinguendus est etiam duplex status ad acquirendam scientiam; unus perfectus, imperfectus alter. *Perfectus* exit, si difficultiora, quae ad scientiam pertinent demonstrantur, et quae contra opponuntur solvi facile possunt. *Imperfectus* exit, si tantum aliqua conclusionem, et non difficultiora cognoscuntur; neque difficultiora, quae opponi possunt argumenta facile solvuntur.

32. His praenotatis certum est. *Logam Artificialem* non esse *Metaphisicè* necessarium ad alias scientias acquirendas in statu etiam perfectissimo. Divina enim virtute et omnes scientias undequaque perfecte, humano intui infundere possunt, quin prius in Loga Artificiali imbutus. Ut de Adamo dictum fuit in Philosophiae praemio; et ad ostendendam potentiam suam virtutis, et Mundi sapientiam confundere, Deus impudens fluxibus electis, etiam Mundi immobilioribus, et contemptibilibus.

33. Coertum est. 2. non esse necessarium *Phisicè* ad eas scientias acquirendas in statu perfecto, quae in principiis per se notis immediate fundantur. Earumque regulae faciles, et clare apparent; ut sunt *Arithmeticae*, et *Geometriae* elementa. Pueri enim *Arithmeticae*, et *Geometriae* elementa olim dicebant, et quidem fluxes existere sapientes viri, ante Logam Artificialis perfectam formam, quae Mathematicis disciplinis fluximè exelueant. Atque etiam nunc multi non desunt, qui et si nunquam Logam Artificialis regulas legerint, et audierint; *Arithmeticae*, et *Geometriae*, ita evidenter intelligunt, ut a veritatibus, quarum demonstrationem percipiunt, nullis argumentorum fallacis dimoveri possint.

34. Obj: aliqui: Sine Loga Artificiali nequit percipi demonstratio; sed nec acquirere demonstrationem *Arithmeticae*, et *Geometriae*. *Prob. ant.* Munus Logae Artificialis est docere veritatem demonstrationis, ut distinctam a falsitate fallaciarum, sed nequit percipi veritas demonstrationis, ut distincta a falsitate fallaciarum, sine Loga Artificiali; sed nequit percipi demonstratio sine Loga Artificiali. *Prob. min.* Nequit percipi veritas demonstrationis, ut distincta a falsitate fallaciarum, absque cognitione distincta regularum, in quibus quaelibet fundatur, sed nequit haberi cognitio distincta harum regularum absque Loga Artificiali, sed nequit percipi veritas demonstrationis, ut distincta a falsitate fallaciarum, absque Loga Artificiali.

*Resp. dist. ant.* Sine Loga Artificiali nequit haberi demonstratio, quae praesens debet fundari in ejus regulis; conc. Ita fundatur in principiis per se notis, et potest acquiri discursu naturali; neg. Et eodem modo distinguitur totum argumentum. In *Arithmetica*, et *Geometria*, periti absque regulis Logae Artificialis, quamvis nesciant ad quod fallaciarum genus reducende, vident, quae illis opponuntur; sciunt tamen, et vere intelligunt fallacias esse, cum suo naturali discursu agnoscant, quod verum nunquam opponitur vero.



Sic similiter dicendum e. de demonstratione; licet ignorent regulas, in quibus fundatur, sciunt ee. iuxta principia, quae lumine naturali intuitu occurrunt. Hoc evidens fit exemplo Rustici, qui videns solem lucentem inquit: Cum Sol lucet dies e. nunc Sol lucet; q. nunc dies e. Vigue regulas demonstrationis assignare n. potest, d. posset, et bene cognoscere evidentiam asertit, et negare evidentiam, qui in contrarium fallaciam imponere.

35. Propterea Doct. Sub. in Lib. 3.º Sent. dist. 23. q. Unica expressi id docet de Geometria per hec verba: "Geometria, portique e. inventa, et ordinate tradita, potest homo" ex finis naturalibus naturaliter acquirere, scire eam., Quo sine dubio intelligendum e. de Mathematica. Cum enim ejus conclusiones ex principiis per se nota, l. ex aliis saltem per principia per se nota jam demonstratis, deducantur; quilibet sola luce, et adjuvante natura, poterit earum illationem cognoscere, ipsasq. conclusiones naturaliter etiam scire. Quod enim dicitur juxta Doct. principia de Geometria, Arithmetica, et Mathematica, idem similiter e. ascendendum de quolibet scientia, cujus conclusiones in toto, l. in parte naturaliter possint acquiri. Scilicet, q. Loga Physice necessaria ad eas acquirendas. Quod enim naturaliter scitur aliud n. eget, ut sciatur. Quoad ceteras vero sit

## Conclusio I.

Loga Artificialis e. absolute, et Physice necessaria ad difficiliores scientias, et conclusiones in statu perfecto acquirendas.

36. Prob. 1.º ex Doct. Nro Subt. q. 2.ª Universaliz ubi dicit: "Omnes scientias uti Syllogisma, et alia, de quibus e. Loga." Ex quibus verbis clare constat q. ex mente Doct. Loga, et quae in ea pertractantur, cum medium, quo reliquis scientis acquiruntur, d. sublato medio nequit consequi finis; q. sublata Loga Artificiali, collitur medium, quo scientis acquiri possint. Sed juxta ipsum Doct. scientis faciliores sine illa consequi possunt; q. sine Loga Artificiali difficiliores consequi nequeunt; q. e. absolute necessaria ad alias scientias acquirendas.

37. Prob. 2.º ex S. P. Sanctus August. lib. 2.º de Ord. cap. 13. "Disciplina disciplinarum, quam Dialecticam vocant sola scientes facere potest." Similiter Angelicus Doct. lib. 1.º post. lect. 1.ª de Loga hec scribit: "Ars, quaedam necessaria e. per quam in ipso actu rationis sine errore procedat." Etiam ipse Plato ita dicit de Loga: "Sine ea, verum perfecte attingi n. potest." Ex quibus Auctoritatibus sic estimo ratiocinium: Scientia, quae sola ipsa alias scientias facit scientes, e. simpliciter necessaria ad eas acquirendas, d. juxta S. August. hec facit Loga, q. e. simpliciter necessaria. Etiam scientia, quae facit, ut alii in via discursu sine errore procedant, e. absolute necessaria, d. talis e. Loga; q. e. absolute necessaria.

38. Dicunt aliqui: quod he auctoritates intelliguntur de Loga aucto ad ceteras scientias, l. ad summum de ea necessitate recurrendum quid. Sed contra: Ut Loga tantum utilis esset, seu necessaria ad melius ee. debet supponere ceteras scientias facientes sciat ex se ipso, et discurrentes sine errore abique juvamine Loga; q. certe e. contra sensum literalem auctoritatum. Et si aliquando aliquis cognitionis habent veru, in illaq. abiq. errore procedunt, hoc exit imperfecte tantum, perfecte tamen sine Loga, verum attingi n. potest; inquit Plato.

39. Prob. 3.º ratione: Illa scientia e. absolute necessaria ad alias acquirendas, sine qua n. possunt demonstrare omnes suas conclusiones, etia difficiliores; d. sine Loga n. possunt demonstrare omnes suas conclusiones saltem difficiliores; q. Loga e. absolute necessaria ad alias scientias acquirendas. Prob. min. Conclusiones difficiliores n. possunt demonstrari

abiq. cognitione regularu bonę demonstrationis, d. cognitio regularu bonę demonstrationis nequit acquiri abique Loga, q. conclusiones saltem difficiliores scientiaru, sine Loga n. possunt demonstrari. Major e. evidens, alia n. essent difficiliores, si demonstratione non indigerent. Min. similiter: Nam munus Logę e. regulas bonę demonstrationis docere; q. legitimę inferre Logę saltē ad scientias, et conclusiones difficiliores in statu perfecto acquirendas, necessariam absolutē e.

40 Obj: 1.º Loga Naturalis potest causare eodem effectus, ad quos Artificialis necessaria reputatur; q. Loga Artificiali n. e. necessaria. Prob. ant. Loga Artificialis reputatur necessaria, ut demonstrationes aliaru scientiaru fiant recte, d. hoc potest prestare Logica Naturalis, q. Loga Naturalis prestare potest eodę effectus, ad quos Artificialis necessaria reputatur.

Resp. neg. ant. et dist. maj. prob. Loga Artificialis reputatur necessaria, ut demonstrationes difficiliores fiant recte; conc. Ne omnes demonstrationes; neg. Et dist. min. n. hoc potest prestare Loga Naturalis, quo ad demonstrationes faciles, et lumine naturali acquisibiles; conc. Quia omnes demonstrationes; nego. Demonstrationes, quę ex principiis naturalibus, et per se nobis oriuntur, alio juvamine n. egent, nisi ipso Logę Naturalis divitibus; atamen cum hic n. possit omnes scientiaru limites attingere; ideo auxilio Artificialis opus habent, ut abiq. errore, illo possint, quę intra eorę objectum continentur, perfecte demonstrare.

41. Inst: 1.º Si Loga Naturalis potest abiq. auxilio Artificialis aliqua faciles demonstrationes formare, etiam difficiliores; q. nec ad has e. necessaria. Prob. ant. Non e. ratio major de difficiliores, quę de facilibus; q. si Loga Naturalis potest faciles, etiam difficiliores.

Resp. neg. utriusq. ant. Quia evidens e. et patet experientia in aliquibus plus e. Artificiali, et difficultatis, quam in aliis, quę perfecte n. possunt cognosci, nisi Artificialis Loga difficultatem, et artificialiū manifestum faceret. Non enim ratio accidit, ut in materia difficili, aliqua admittantur, tanquę demonstrata, quę a demonstrationis evidentia longę distant, atque hinc oriuntur rerę confusio, et ex confusione error. Ad quod vitandū, necessaria e. notitia Logę Artificialis, quę omnem aufert dubitationem.

42. Inst: 2.º Nulla scientia potest e. difficiliores, quam ipsa Loga Artificialis, d. Loga fuit acquisita sola Loga Naturali; q. nec Loga e. necessaria ad difficiliores scientias acquirendas.

Resp. dist. min. Loga Artificialis fuit acquisita quo ad res faciles sola Loga Naturali; conc. Quo ad res difficiliores; nego. In quest. 1.ª n. 4 de origine Logę Artificiali dictum fuit; nunc autem solum dico, q. illa, quę erant acquisita facilia, Loga Naturalis invenit; v. g. regulę evidētię, quibus, et juvamine rationis naturalis transiit ad magis obscuras, et facilitate istarę ad difficiliores. Unde clare constat, quod Loga Naturalis se sola tantum regulas faciles invenit; difficiliores vero n. sine auxilio Logę Artificialis, q. e. avertum conclusionis.

43 Obj: 2.º Experientia constat plures viros magni ingenii acquisivisse, etiam difficiliores Mathematicę partes, sine auxilio Logę Artificialis; q. etiam potest abique ea acquiri quęlibet pars alterius scientię, quamvis difficiliores.

Resp. Quidquid sit de ant. neg. consequ. Nam esto sit certum de istis viris solum inferitur, q. insigni sui ingenii auxilio methodum Geometricam atente meditantes, regulas, quibus in veritate inquisitione mens nr̄a dirigitur, proprio numine sibi formaverunt v. g. Logę Artificialis. Quasi Authores; ipsaq. dirigente, et adjuvante statum perfectum acquisierunt. Alio enī modo e. impossibile. Nam qui nulla Logę Artificialis notitia e. instructus, (inquit Clax. Jacquierus) ignorat, qua ratione examinari debeant difficiliores demonstrationes, et an demonstrationis se veritatem sustineant. Ratio enim e: qui sola Loga Naturali pollet, tantum confusam habere regularu notitiam, quibus in rerum cognitione diriguntur mentis operationes; ut patet ex Logę Naturalis definitione: confusa illa notitia, n. nisi cognitionem reru, confusę causare potest; aliter effectus excederet virtutę causę, q. cognitio, qua isti insignes viri clare Mathematicam preceperunt, effectus scientię notitię claram causantis dici debet, quare e. Loga Artificialis omnem errorem, et confusionem expellens.

44 Quod etiam ipse Arist. in sua Logē, restauratione exprere textatur dicens: Primos Grece Philosophos, quamvis acerrimo ingenio præditos, in pluribus exare, defectus Logē Artificialis. Sic explicatur ipse Logē quasi Authox. Evidens testimonium necessitatis istius ad alias acquirendas scientias. Nullus enim magis ejus necessitatem incalcare potest, nisi qui eam indispensabilem judicavit, potens sola naturali ratione acquirere, si esset sufficiens, et Artificiali opus n. haberet.

45. Inst: Quod nimis probat, nihil probat: ut refert commune Axioma; d. doctrina data ad argumentum antecedens nimis probat; q. nihil probat. Prob. min. Doctrina data probat, quod cum Logā Artificiali tollitur omnis confusio, obscuritas, et error in scientiis ejus auxilio acquisitis; d. hoc ē. nimis probare; q. Doctrina data nimis probat. Prob. min. Nimis probare, ē. probare, q. et ipse n. possunt concedere; d. n. possunt concedere adversariū omnem confusionem, obscuritatem, et errorem auferri in scientiis Logē Artificialis auxilio acquisitis; q. nimis probat. Prob. min. Adversariū concedere n. possunt, quod ē. contra ipsam experientiam; d. ē. contra experientiam omnem obscuritatem auferri in scientiis Logē Artificialis auxilio acquisitis; q. Adversariū hoc n. possunt concedere. Prob. min. Ipsa experientia docet, etiam post perfectam Logē Artificialis restorationem, plura obscura, erronea, et confusa remanere; q. ē. contra experientiam hoc asserere.

Resp. ad totum Argumentum, patius supponendo aliqua ē. certissima multis tenebris admessa, aliq. etiam clara, quæ in nris infirmitate, obscuritateq. penetrari nequeunt. Ceterum clara neganda n. sunt propter obscuritates, quas habent adjunctas. et notæ intus infirmatur; ut egregie animadvertit S. Augustinus. Unde obscuritas, quæ in omnibus scientiis, etiam ipse Logā apparet; n. ejus regulis, d. nri intus obscuritas, et n. recte applicatione eary tribuendum ē. Et hæc ē. causa, cur etiam faciliora n. sine magno labore percipi nequeunt, ut experientia ipse passim docet. Quanto magis difficiliora, quantumvis Logē Artificiali auxilio prædita? Pendent bene contrariū hanc distinctionem, et videbunt, doctrinam nimis n. probare; d. tantum probare scientias in statu perfecto, quantum intus capacitas permittit, acquiri n. posse nisi Logā Artificiali. Quod, et ipsi fatentur: nam si dicunt contra doctrinam datam, q. etiam cum Logā Artificiali remanent in scientiis aliqua obscura, plura dubia, et quam pluri error committuntur; quanto magis sine auxilio ejusq. juvamine?

## Conclusio II.

Logā ē. secundum quid, seu ad melius ē. necessaria ad  
 } omnes omnino Scientias acquirendas. }

46. Prob. 1.º Ex omnium sententia, qui uno ore id asserunt. 2.º ex dictis in Conclusionem ant: nam si ē. simpliciter necessaria ad difficiliores acquirendas, multo verius erit utilis, ut istæ, sicut et faciles citius, et minori labore acquirantur. 3.º ex definitione ipsius Logē Artificialis, nam ut diximus clare, et distincte explicat regulas Logē Naturalis confuse cognitæ, etq. in usum transfert. Etq. erroris causas aperit, et remedia proponit, ut fabricas sub specie veri latens, distincta rideatur, docet rem in suas partes ite distribuere, obscuram vocabulorum notionem explicare, incerta determinare, ambigua distinguere, et ne sim molestus, rationes ad persuadendum idoneas parare, q. probandum ē. apta Conc. conficere, et de singulis ita ordinatè, et convenienter dicere, ut sive scientiis quibuscumq. danda sint opera, sive Doctoris officio fungendum, sive munus Oratoris sustinendum, sive in re

quacumq. e. sententiam, l. iudicium ferendum, valde utilis ab omnibus existimatur: q. in dubium revocare n. licet loqam Artificialem ad omne vitium, et scientias omnes acquirendas, utilissimq. ee.

47. Obj: Experientia constat, q. loqa Artificialis e. magis noxia, quq. utilis; q. n. e. secundum quid necessaria. Prob. ant. Experientia constat, q. plures, qui loqam Artificialem studuerunt, plus sepius errare solent, quam ii, qui solo loqe Naturalis lumine utuntur; q. saltem in iuris e. magis noxia, quam utilis. Prob. ant. Experientia observatur, q. plures in eisdem studiis versantes, alii facilius veritatem demonstrant sola loqe Naturalis notitia, quam aliter cum sola loqa Artificiali; q. qui loqam Artificialem studuerunt plus errare solent, quam qui sola Naturali loqa utuntur.

Resp. Hoc defectum, loqe Artificialis vitio n. est tribuendum, d. ipsius illa utentis. Pluribus etiam causis potest quis errare cum loqa Artificiali; v.g. Si loqe Artificialis regulas, quas didicit, executioni n. mandat, d. agit ex loqa Naturali tantum, quamvis sibi videatur agere secundu loqam Artificialem. Si loqam Artificialem docentem n. bene intellexit, aut regulas distincte n. explicat; idem est quantum ad usum, ac si illas penitus ignorare. Similit. si quis de scientiis, ac rebus sibi ignotis disputare audeat, quin prius earum principia observationes necessarias, et regulas generales saltem habuerit; his omnibus, aliterq. de causis potest quis loqa Artificiali adjutus minus proficere, quam aliter sola Naturali ornatus. Quia tunc regulas potius confundunt intellectum, quam illustrent.

### Questio IV. Quale sit objectum loqe.

48. De objecto loqe acriter solet disputari inter scholasticos, d. si questio bene intelligatur tota e. de nomine, et definitiv de loqa, objectiq. vocibus, evanescit. Objectum a Philosophis pro subjecto communiter usurpatum; d. n. e. hic considerandum, quatenus subjectum significat terminus sive Logicus, sive Physicum, sive Moralem; d. pro eo, q. consideratur ab aliqua potentia, l. scientia. Hinc e. q. potentis alicujus objectum, illud dicitur, q. a potentia mediis suis actibus attingitur: v.g. potentis visiva objectum, e. id omne, q. videtur; potentis auditiva, quidquid auditur; intellectivaq. potentis, quidquid cognoscitur, seu intelligitur. Scientiarum autem objectum: illud omne appellatur, q. per actus scientificos ad illam scientiam pertinentes cognoscitur; seu id omne, q. per illos attingitur.

49. Sed 1. dividitur in materiale, et formale. Materiale; e. id omne, q. consideratur a scientia precise a modo, seu ratione sub qua consideratur: et ideo vocatur istud objectum ratio quq. Formale vero, e. ratio sub qua objectum materiale consideratur a

81  
scientia. Quod vocatur ratio formalis sub qua. Ad utriusq. plana perceptionem sit  
exempt. in corpore. Corpus ut sic, dicitur objectum materiale Metaphysice, Physice, Medici-  
nae; et Mathematicae; et ipsum corpus sub ratione entis, dicitur objectum formale Me-  
taphysice; sub ratione naturalitatis Physice; ut sanabile Medicinis; et ut mensura-  
bile, Mathematicae.

50. Objectum tam materiale, quam formale, dividi potest, in totale, seu adequatum,  
et parziale, seu inadequatum. 1<sup>o</sup> Quod etiam specificativum dicitur; e. unives-  
sum, tam materiale, quam formale, quo a scientia consideratur. 2<sup>o</sup> autem e.  
n. omnis, d. una, l. altera pars objecti totalis: n. corpus naturale, ut naturale e.  
objectum totale, et adequatum Physice, quia in totum consideratur ab ea; ina-  
dequatum autem, et parziale exit, si consideretur tantum in una, l. altera par-  
te.

51. Etiam parziale solet objectum in attributum, et attributionis. Objectum attri-  
butum; e. quidquid e. medium ad objectum attributionis adsequendum. Objectumq.  
attributionis e. illud omne, ad q. referuntur, ordinanturq. omnia quaecumq. tradun-  
tur in ea scientia: n. Canones, et leges Loge sunt objectum attributum, quia sunt  
media ad mentis operationes dirigendas; mentisq. operationes jam directe,  
et bene formate, objectum attributionis, quia ad id perficiendum referuntur  
quidquid in Loga traditur.

52. Hec omnia stabilita, nonnulli, (Realiste vocati) cum definiunt Logicam  
bene dirigendi scientia de rebus; res omnes, ut cognitivas, definitas, et divinas vo-  
lunt esse. Loge objectum. Quidam Nominales vocati, qui Logam definiunt: recte  
dicendi, et sermocinandi scientia; ejuusq. objectum voces, et nomina esse cen-  
sent. Alii Scotiste, cum omnia, que in Loga traduntur ad rectum confici-  
endum Syllogismum ordinatae, vellent, tanquam ejus objectum solum Syllogis-  
mum constituunt. Demum quidam, ut Thomiste; ex eo q. Loga dicatur sci-  
entia rationalis, ens rationis statuunt pro illius objecto.

53. Ut autem hec omnia firmiter sustineant, duplicem sciendi modum distin-  
guunt, unum objectivum, directivum alterum. Argumentationem dicunt modum  
objectivum, habitum vero de tali objecto, seu argumentatione, modum sciendi  
directivum appellare. Sed quantum in vanum laborant, etiam cum multi-  
plici terminorum inventionem, clare aperet ex singulis sententiarum refutatione,  
quam brevis adducam, posteaq. veram mihi sententiam explanabo.

54. Primo: Non bene dicunt Realiste; nam licet res omnes objectum ma-  
teriale Loge appellari possint, scilicet quatenus ejus regulis applicentur  
ad discurrendum de rebus omnibus; ut inquit D<sup>r</sup> Subt. Ceterum pro-  
ximum, et formale, juxta ipsius Doct. mentem, dici nequit. Scientia enim  
particularis, objectum particulare, et determinatum petit, quale n. sunt  
res omnes.

55. Similiter nec voces, quidquid dicant Nominales; objectum formale

Loge ee. possunt. Nulla scientia sine suo objecto potest considerari. Loga vero quo ad omnem sui partem, potest perfecte conservari absq. vobis; ut patet in Angelis, et Anima separata, et etiam in nobis ipsi daretur Loga quamvis impossibiles essent voces. Solum enim deseruiunt ita, ut actus interni manifestentur.

56. Neg. Scotistarum sententia Silogismum pro objecto Loge constituentiu, placet. Quamvis enim Doct. Subt. in q. 3. Universalium, positivè asserit:; rubejectum proximum, et primum Loge ee. silogismum; n. de Loga in tota sua latitudine; d. prout traditur ab Arist. loquitur. Ipse Doctor hoc expresse docet in q. 2. num. 7. Instrumentum (inquit) sciendi, e. subjectum in tota Loga; Quod dum probat mentionem facit de definitione, et divisione, de quibus Arist. in sua Loga n. pertractat. Unde ut isti Scotisti veram Doct. mentem sequantur, n. solum silogismum pro objecto totius Loge assignare debent, d. tantum Loge Aristotelic; a cuius sententia nihil sum alienum.

57. Neg. etiam Thomistae audiendi sunt sempercumq. ens rationis accipiunt in ratione, et prout opponitur enti reali, et vero; si enim per ens rationis nihil aliud intelligant, quam actus mentis, opus scilicet factu ab intellu, afines in hoc sumus. Et nos ipsi cum Doct. Subt. vocamus Logam rationalem scientiam, veraxiq. asserimus circa ens rationis, quia versatur circa operationes intellu, quae opera rationis, abs dubio sunt, licet realia. Sed nunquam Doct. Subt. nec Scotistae concedunt, nec concedere possunt cum Thomistis, ens rationis, etiam in hac acceptione objectum formale, et adequatum ee. Loge; d. ad summum materiale, et remotum. Ratio clare videtur: nam de ratione objecti adequata e. neque scientia excedat, nec ab ipsa excedatur. Ens vero rationis excedit Loga nam e. objectum Grammaticae, et Rhetoricae nomina, declinationes, et fluxus, entia sunt rationis.

58. Sed ut haec dicta Tyronebus perspicua fiant, nihilq. utile lateat, quid sit ens rationis animadvertere maxime oportet. Ens rationis; id omne e. quod habet ee. objective in solu intellu. Quod licet revera existere nequeat in re, xum natura, cum nihilo tamen, l. impossibili n. debet confundi. De nihilo, ac impossibile nulla notio haberi potest; ut montis notio sine valle, quia impossibilis nulla potest formari notio. Contra vero entia rationis existunt in mente, quae percipit eorum proprietates. Hinc placuit Scoto in 4. Sent. d. 1. q. 2. Ad distinctionem entis realis, et nihili appellare ens rationis, ens diminutum. Haec entia diminuta, dicuntur etiam d. intentiones, eo q. post primum intentionem, seu post primum actum mentis, ex ipsa mentis reflexione, l. abstractendo, l. separando, l. componendo ortum habent. Ideo Doctor Sub. inquit:; Intelligo ens in Anima tanquam secundo consideratum, n. tanquam primo consideratum; Apellantur quoq. intentiones Loge, eo q. referantur ad Loge objectum, quae cum dixerat de omnibus mentis operationibus; agit etiam de Universalibus, aliisq. rationis entibus. Caeterum

omnibus nullius fræ utilitatis, omnis questionibus; sicut quilibet ex citatu  
siam sententiam de objecto loq̃, in ipsius definitione fundat; ita ab hac metho  
da n̄ dissentiens, loq̃a definitio: Scientia rationalis discretiva veri à falso.  
Juxta quam, ejus objectum assigno, dicens:

Conclusio Unica.

Objectum materiale Logicę sunt tres mentis operationes;  
formale vero directio ipsarum; totale autem, et adequatum; ipsę  
operationes quatenus dirigende.

59. Prob. 1<sup>a</sup> pars. Objectum materiale scientię ē. id omne, q̃ consideratur à sci  
entia; ð. juxta omnes tres mentis operationes considerantur à loq̃a; q̃ tres  
mentis operationes sunt objectum materiale loq̃. Min. prob. Juxta omnes  
loq̃a revolvitur circa mentis operationes; q̃ considerantur ad ea.

60. Prob. 3<sup>a</sup> pars. Objectum formale dicitur, q̃ ē. ratio, qua objectum mate  
riale consideratur à scientia; ð. dirigibilitas operationum intus, ē. ratio, qua  
iste considerantur à loq̃a; q̃ illarum directio ē. objectum formale loq̃. Prob. min.  
loq̃a considerat mentis operationes, ut intus possit scire, se scire; ð. nequit  
scire, se scire nisi ejus actus, seu operationes dirigantur; q̃ dirigibilitas ope  
rationum mentis ē. ratio, qua iste considerantur à loq̃a. Prob. min. Nequit  
intus scire se scire, nisi sciat discernere verum à falso; ð. istud ne  
quit scire nisi per regular loq̃ dirigatur; q̃. nequit scire se scire, nisi  
ejus actus, seu operationes dirigantur. Maj. patet: quia nequit discernere  
verum à falso, nisi sciat quid perstat error, quidq̃. veritas. Min. simili  
quia intus actus sine directione, potius erronei, quam scientifici essent.

61. Prob. 2<sup>a</sup> pars. Objectum totale, et adequatum loq̃ ē. aggregatum ex mate  
riali, et formali objecto; seu id, ad q̃ ordinatur, quidquid in loq̃a tractatur; ð.  
quidquid in loq̃a tractatur, ordinatur ad dirigendas mentis operationes; q̃.  
iste quatenus dirigende sunt objectum totale loq̃. Prob. min. Quidquid in loq̃a  
tractatur, 1. ē. tñs, 1. propo, 1. definitio, 1. divisio, 1. argumentatio; ð. hæc omnia  
ordinantur ad dirigendas mentis operationes; q̃. quidquid tractatur in loq̃a or  
dinatur ad mentis operationes dirigendas. Prob. min. Hæc omnia ordi  
nantur, ut intus illustratur ad discurrendum in qualibet materia; sed  
mentis operationes directe illustrant intus, ut in qualibet materia possit  
discurrere; q̃. hæc omnia ordinantur ad dirigendas mentis operationes.

¶ Ex dictis colligitur, q̃ finis intrinsecus loq̃ ē. dirigere mentis operatio  
nes in veri acquisitionem; extrinsecusq̃. acquisitio aliarum scientiarum. Ad  
cujus intelligentiam sciendum ē. q̃ finis dicitur: bonum illud, pro cuius ac  
quisitione operatur. Quis duplex ē. finis cuius, et finis cui. 1<sup>o</sup> ē. propter  
cujus executionem hō agit. 2<sup>o</sup> cui agens vult finis cuius. v.g. finis cuius  
Medicines ē. sanitas, et finis cui ē. spes. Finis cuius alius ē. intrinsecus,  
seu operis; et alius extrinsecus, seu operantis. 1<sup>o</sup> ē. ad quem ex se operatio

terminatur. 2<sup>o</sup>. ad quem operatio n̄ terminatur ex natura sua, d̄. ex intentio-  
ne operantis. v.g. Si Petrus studio Loḡæ vacaret propter lucrum, istud lucrum  
erit finis extrinsecus, seu operantis, n̄. vero operis. Etiam finis alius ul-  
timus, aliter n̄. ultimus est. Ultimus ē. ad quem omnia referuntur, ipse  
vero n̄. ultimus ē. referibilis. Non ultimus ē. qui ad aliud ē. referibilis.

v.g. Deus ē. finis ultimus actionum humanarum; ceteraq̄. bona n̄. ulti-  
mi, quia sunt referibiles ad Deum. Demum dividitur in formale, et objec-  
tivum: formale ē. ipsa potestio rei. Objectivus vero ipsa res potesta. Quæ om-  
nia valde notanda sunt: nam aliqui finem cum objecto confundunt.

62. Obj: contra 1<sup>am</sup> part. Objectum unius scientiæ nequit considerari ab alia scientia.  
d̄. operationes intus considerantur ab alia scientia a Loḡæ proxime diversa; q̄. n̄. sunt  
objectum Loḡæ. Prob. min. Operationes intus considerantur a Phisica; d̄. Phisica ē. prox-  
ime diversa a Loḡæ; q̄. operationes intus considerantur ab alia scientia proxime di-  
versa a Loḡæ. Prob. maj. Operationes intus sunt operationes Animæ; d̄. Anima con-  
sideratur a Phisica in tractatu de Anima; q̄. operationes intus considerantur a  
Phisica.

Resp. dist. maj. Objectum formale unius scientiæ nequit considerari ab alia  
scientia; conc. Objectum materiale; neg. Et dist. maj. prob. Operationes intus conside-  
rantur a Phisica in diverso sensu, ac in Loḡæ, conc. in eodem sensu; neg. Nul-  
lum aparet inconveniens, q̄. idem objectum materiale a pluribus scientiis per-  
tractetur: in notatis dictum manet, corpus a Metaphisica, Phisica, Medicina,  
et Mathematica attingi, ut objectum materiale, et amplius ut formale sub  
diversa ratione: sic n̄. ē. inconveniens, q̄. mentis operationes sint objec-  
tum materiale Loḡæ, et Phisicæ; imo etiam si formale essent; nam a  
Phisica considerantur in esse Phisico sub ratione entis naturalis; a Loḡæ  
in esse Loḡæ sub ratione dirigibilitatis. Preterea gratis concedendo, q̄. essent  
objectum formale, ad summum sequeretur tantum objectum parziale Phisicæ esse.  
Non enim Phisica tantum agit de Anima, d̄. in parte solum.

63. Obj: contra 2<sup>am</sup> part. Si directio operationum mentis sit objectum forma-  
le, debent ipse et. capaces directionis; d̄. operationes mentis n̄. sunt capaces diri-  
gibilitatis; q̄. ipsarum directio n̄. ē. objectum formale Loḡæ. Prob. min. Illud ē. ca-  
pax directionis, q̄. ē. capax erroris; d̄. operationes mentis n̄. sunt capaces  
erroris; q̄. n̄. sunt capaces directionis. Prob. min. Omnis error ē. in objecto,  
n̄. q̄. in intus; q̄. ejus operationes n̄. sunt capaces erroris. Ant. evidens est:  
Nam intus percipit objectum sicut ipse representatur, si bene, bene; si mi-  
litemq̄. si n̄. bene.

Resp. neg. min. 1<sup>o</sup> et 2<sup>o</sup> et ant. probat. Nam ex dictis de  
Loḡæ Artificiali, et ex dicendis de causis erroris, objectum in se nullomodo  
ē. causa erroris, d̄. prout ē. in potentia. Regule enim Loḡæ in se sunt veræ,  
et generant scientiam; si autem n̄. bene ab intus percipiuntur; si aliquomodo



n. bene applicantur, seu confunduntur; defectus n. in regulis, d. in potentia, l. alia causa erit. Similit' in obto Phisico, si alit' ac e. in se percipitur, erit quia male representatur a potentia censoria. Ex quo clare infertur, q. operationes mentis directione indigent; ut intus n. errorem, d. silentiam generet, verumq. a falso discernat.

64. Obj. Contra 3. m part. Nullum aggregatum per accidens potest ee. objectum totale scientie; d. operationes mentis sunt aggregatum per accidens; q. nequeunt dici objectum totale Loge. maj. e. evidens, quia objectum debet ee. unum per se, et definibile unica definitione. Prob. min. Quod componitur ex pluribus entibus per se e. aggregatum per accidens; d. mentis operationes sunt entia per se; q. sunt aggregatum per accidens. Imo omnia, ex quibus mentis operationes componuntur sunt entia realia; scilicet: tri. pones, et sillogismu. Prob. min. Mentis operationes, et omnia ex quibus componuntur, possunt separatim existere per se; q. sunt entia per se.

Resp. neg. min. 1. et 2. et dist. ant. prob. Mentis operationes, et omnia ex quibus componuntur, possunt separatim existere per se materialiter spectate, conc. formalit' spectate, neg. Mentis operationes si considerentur in se, et sine ordine ad sillogismum possunt per se existere separatim singule, si vero in ordine ad Sillogisticum artificium considerentur, connexionem, et dependentiam dicunt; idem q. dicendum e. de triis, et pones, ex quibus operationes mentis formantur.

65. Obj: Objectum adequatum scientie n. debet excedere scientia, d. mentis operationes quatenus dirigenda excedunt Logam; q. n. sunt objectum adequatum Loge. Min. patet: nam operationes mentis per omnes divergant.

Resp. neg. min. et dist. rationem probativam. Per omnes scientias divergant illis adjuvantes, ut recte divergant; conc. per se, et immediate; neg. Non enim ceterae scientiae per se intendunt dirigibilitatem operationum, imo istae illas dirigunt, et quasi inserviunt, ut in suo objecto, n. erant. Et ideo omnes illi famulantur, et subserviunt, quia sine artificiali n. possunt perfecte scientias ee.

# Disputatio II.

## Exercitationes ad primam intus operationem attinentes.

### Questio I.

Scoticum Systema exponitur de Idearum origine  
[juxta Antiquorum Philosophorum doctrinam.]

66. Secte Italice institutor Pythagoras errore ductus, docuit (ut traditur) humanas mentes extra corpora ab initio fuisse à Deo conditas, easq. cum in peccato deliquissent ad luendam peccati poenam in corpora, velut in totidem carceres fuisse detrasas. Ideasq. quibus in creatione abunde instructe fuerunt, commixtione corporis, illiusque contagione ita perturbatas fuisse, ut n. nisi labore, ac studio, iterum excitari possint. Plato etiam in eundem errorem abisse creditur. Nam D. noster Subt. in 3.º Sent. d. 24. q. Unica refert ex Arist. 3; Platonem posse omnem scientiam in nobis à principio, d. q. esset quasi obnubilata, et obruta propter impedimenta aliqua. Hinc juxta Platonem, et Pythagoram, qui modo studerit n. sibi novas acquirunt cognitiones, d. veteres dumtaxat, quas olim habuerunt, reminiscuntur. Quare apud Platonicos vulgatum erat: scire nostrium est reminisci.

67. Hæc opinio nulla fulcitur ratione proindeq. ab viro Catholico omnino rejicienda est: Sancta enim Ecclesia veritatis Magistra, docet, animas humanas ante corpora, quibus uniuntur creatas n. fuisse, ut in Methaphisica traditur, parte 2.ª q. II. num. 45. 46. 47. 48. 49. 20. 21. 22. 23.

68. Epicurei vero nihil omnino in hac rerum universitate præter innane, et atomos existare sibi falso persuadentes, nullam e. substantiam spirituales asserunt, omnemq. cogitationem à materia profluere, ac simulacris quibusdam materialibus contineri, et imaginibus, quæ à rerum superficie cadunt, quasi spolia, seu tenues exuvie, et in organa convicia cadunt, incursumt. Horum deliramenta egregie miratur Edmundus Puzhotius, nam similis amentis sunt, ac si triangulo rotunditatem tribuerent. In hoc negotio, ad conscientiam recuratur, ad illor. referendor, nulla melior ratio inveniri potest, quam rogare, ut in se se descendant, reputentq. diligenter, an materiam cogitationis capacem e. intelligant? Si enim verò id affirmaverint, n. dubitetur quin ab opinione tam absurda hæbi sint necesari.

69. Aristoteles cum Averro licet animam spirituales esse fateantur, contendunt nihilominus nullam in ea posse ideam excitari nisi per sensuum exteriorum immutationem, et corporis phantasmatis ministerio. In hoc vulgata sunt apud Peripateticos tam decantata: Nihil est in intellectu, quin prius fuerit sub sensu: Vnquam Anima intelligit sine corpore phantasmate. Unde pro statu isto nullam puram intellectionem videntur agnoscere.

To. Doct. vero Subt. cum communione Philosophorum hac etate sententia, concedit primam intellectus motionem a sensibus, et Phantasmate derivandam esse necessariam; ac difficile multum judicat, donec corpori juncta est, diu in pura intellectione perseverare, quin aliquo sibi occurrat Phantasma, maxime si mens sublimiori rerum contemplationi minus fuerit arueta; d. n. negat, imo ostendit ex profeso plura a nobis intelligi, quae sub nulla sensitiva potentia, quaecumque illa sit, sive externa, sive interna, sive imperfecta, sive perfecta, sive infima, sive suprema cadere possunt. Unde ad removenda ex eorum mentibus praesudicia, quae Scotum alii sensisse opinantur; ejus systema, mentemque in duabus conclusionibus aperiam.

## Conclusio I.

Doctor Subt. docuit primam mentis humanae perceptionem excitari debere dependentem a sensibus.

11. Prob. 1.º ex Doct. Subt. in 1.º Sent. dist. 3.ª q. 8. ubi ita loquitur: ..

11. Naturaliter intelligimus 1.º illa, quae 1.º occurrunt ex Phantasmatis.

11. Nihil enim possumus potentia propinqua intelligere ante intellectionem alicujus imaginabilis: propter intellectionem nostram naturalem incipientem a Phantasmatis. Ergo ex Doct. 1.ª huma-

ne mentis perceptio a sensibus originem habet, ab illisq. excitatur.

Conseq.ª est evidens, nam ex dictis a Doct. 1.ª perceptio a n. est sui ipsius prima; q. debet esse aliter extra se positum; d. q. est extra se positum;

est objectum corporum; q. precise a sensibus originem debet ducere;

J.

Nam q. compositum ē. a sensibus necessariō pendet. Min. prob. Quidquid ē. extra animam, l. compositum, l. spirituale est, d. Anima non eget ad aliarum rerum spiritualium cognitionem nisi sui ipsius notitia, quę spirituale est; q. si aliqua eget notitia ad extra compositum. erit.

72. Prob. 2.º ratione: In origine idearum ea methodus statuenda est, qua utitur in adinveniēda veritate; d. methodus inventionis incipit a singularium cognitione; q. mens humana dum incipit quidpiam cognoscere, singulare aliquod, cognoscere debet; d. cognitio singularium, n. nisi per sensus acquiri debet; q. prima humanę mentis perceptio a sensibus excitari debet. 1.ª min. patet: nullus enim alius qui veritatem communicare, nisi prius notitias veritatis invenit.

73. Obj. 1.º. Potest prima mentis humanę perceptio n. ēē rei alicujus singularis; d. tunc erit rei non corporeę; q. n. dependeret a sensibus. Prob. maj. Humana mens percipit res primō idea quadam universali; q. Resp. Mens humana primō percipit res idea universalis; dum utitur methodo synthetica, sive doctrinę; conc. Dum utitur methodo analytica, sive inventionis; neg. Pręsens questio circa methodum doctrinę n. versatur, d. inventionis, qui a singularibus incipit, qui per sensus acquiritur.

74. Inst: Sed etiam dum mens humana percipit res methodo analytica, seu inventionis percipit eas idea universalis; q. n. tenet dit. Prob. min. sub. Sit casus x.º. in quo aliquis videat objectum aliquod valde distinctum, quod 1.º cognoscat an moveatur, l. n.; et tunc primō percipit illud, ut corpus aliquod; si postea cognoscit moveri, concipit ut animal, si magis accedat, et observat exactam suę stationem, cognoscit hominem ēē: si deinde distinguat illius vestimenta dicit ē. vir, mulier, l. Miles, vel Monachus; si eo magis appropinquante, rultus forma distincte intuetur, sitq. persona illi nota, dicere potest; Petrus, l. Maria ē. x.º; sed in hoc casu, hec gradatio inventionis, et cognitionis hujus objecti est ab universali idea progrediendo ad singularem; q. Min. est evidens;

nam incipit ab objecto longè visto, usq<sup>e</sup> ad Petrum.

Resp. neg. utramq<sup>e</sup> min.

In isto enim apertito casu, gradatio e<sup>st</sup> à singularibus: nam quando ob-  
jectum primo videtur, posteaq<sup>ue</sup> cognoscitur, ut corpus, animal, &c. semper ter-  
minatur ad unum objectum ut corpus, ut animal, non utcumq<sup>ue</sup> d<sup>icitur</sup> in individuo,  
ut clarè constat; tunc enim n<sup>on</sup> percipit mens nisi q<sup>ui</sup> scilicet videtur, videri  
autem nequit nisi q<sup>ui</sup> e<sup>st</sup> singularis. Præterea casus loquor n<sup>on</sup> habet in præ-  
senti questione. Hic enim inquiritur de cognitione mentis omnium prima,  
quæ n<sup>on</sup> sunt corporis, animalis &c. in casu præsentis; nisi enim præter videret  
aliquid corpus, animal, &c. neg<sup>aret</sup> ideas horum prædicatorum eliceret, viderendo  
confuse objectum à longè. Ait Doct<sup>r</sup> Subt. lib. 1<sup>o</sup> Phisic. q. 5. ¶ Nec perci-  
pitur per comparationem ad alias res alias cognitæ. Ex quo patet, quod  
si nunquam viderem nisi unicam rem, de illa solum haberem unum  
conceptum quidditativum. Exq<sup>ue</sup> si nunquam haberet notitiam aliquam  
de externis, nullam posset formare ideam; unde clarè videtur, necessari-  
am e<sup>ss</sup>e ideam primam ope sensuum acquisitam, ut possit alias simi-  
les formare ex se.

¶ 5. Inst: adhuc: Licet necessarium esset prima mentis humane ideam  
singularem e<sup>ss</sup>e adhuc n<sup>on</sup> requiritur pendere à sensibus debere; q<sup>ui</sup> n<sup>on</sup> tenet doctrina data. P<sup>ro</sup>-  
min. sub. Mens humana, quæ e<sup>st</sup> singularis, potest, ante quodcumq<sup>ue</sup> aliud objectum,  
se ipsa cognoscere; d<sup>icitur</sup> ut se ipsam cognoscat, n<sup>on</sup> debet pendere à sensibus; q<sup>ui</sup> min<sup>ime</sup> pater-  
nam mens humana e<sup>st</sup> spiritualis, q<sup>ui</sup> autem spirituale e<sup>st</sup> per sensus representari  
n<sup>on</sup> potest. Maj. prob. Mens humana primo cognoscit illud objectum, quod sibi l<sup>oc</sup>o fit  
præsens, d<sup>icitur</sup> mens humana e<sup>st</sup> sibi præsens ante aliud objectum; q<sup>ui</sup> Prob. min.  
S. August<sup>us</sup> lib. 14. de Trinit. cap. 4. ait: ¶ Nihil menti magis præsto est, quæ  
ipsa sibi; Exq<sup>ue</sup> &c.

Resp. neg. ant. et maj. 1<sup>am</sup> Nullus enim recordatur, quodnam  
fuerit objectum omnium primum ab ipso cognitum. Ratio vero ipsa demonstrat  
mentem humanam n<sup>on</sup> posse se ipsam cognoscere, nisi præsens ipsa fuerit; ne-  
quit autem sibi præsens quoad cognitionem fieri, nisi per aliquem prævium ac-  
tum, quatenus scilicet cognoscendo se apere, noscat etiam consequentia se esse  
iuxta illud: ego cogito, ergo sum. Nam cognitio sui ipsius, quam primo ha-  
bet mens humana n<sup>on</sup> est vera, et immediata sui substantiæ perceptio, d<sup>icitur</sup> sen-  
sus quidam intimus, quo sentit se esse. Quod n<sup>on</sup> solum Doct<sup>r</sup> Subt. d<sup>icitur</sup> et plu-  
res recentiores Philosophi una voce proclamant, asserentes, mentem huma-  
nam ex suis actibus se ipsam cognoscere. Si autem ex suis actibus se  
ipsam cognoscit, certe primum illius actus nequit e<sup>ss</sup>e sui ipsius cognitio.

76. Ad omnem auferendam equivocationem dicit. maj. prob. Ex quo aparet doctrina data: quod sibi primo fit present in ratione objecti cognoscibilis; conc. in ratione tantum substantie; neg. Certum est humanam mentem sibi presentem esse ante aliud quodcumque objectum in ratione substantie; ideo recte inquit. S. August. "Nihil menti magis present est, quam ipsa sibi." Ceterum in ratione objecti cognoscibilis, seu intelligibilis, de quo e. questio, ante aliud objectum sibi presentem est, ut supra ostensum fuit. Non enim sufficit humanae menti ad sui cognitionem, sua substantialis tantum presentia, alias perpetuo se ipsam cognosceret, nec a sui contemplatione distraheretur, neq. ad alia objecta unquam converteretur. Eius enim distractio unius objecti ad aliud fit, quia objectum aliud illi magis present fiat. Cum ergo nihil menti humanae quo ad substantiam magis present sit, quam ipsa sibi, a sui ipsius consideratione nunquam recederet, quod intimo sensu aperte adrextus.

77. Alii respond. cum Doct. Subt. iterum distinguendo eandem maj. Mens humana prius cognoscere debet illud objectum, q. sibi primo fit present, nisi ipsa impediatur; conc. si impediatur; neg. Doct. Subt. in lib. 2. sent. 2. 3. q. 8. ait. "Anima de se intelligibilis est, et present sibi, et ex hoc sequitur, q. possit intelligere se, si non esset impedita. Nihil enim deficit actu primo, neq. ex parte unius cause, neq. ex parte aliarum, neq. ex parte unionis earum, et ita totus actus primus de se perfectus est: d. quare non erit iste actus totalis primus, in actum secundum? Resp. quia e. impedimentum, q. ista causa vincere non potest, sicut quantumcumque poneretur causa naturalis perfecta, nunquam tamen posset agere propter impedimentum vincens; d. q. e. istud impedimentum? resp. intus nra pro statu isto non e. nata moveri immediate, nisi prius ab aliquo imaginabili, l. sensibili extra moveatur; et quare hoc? forte propter peccatum, sicut videtur Augustinum dicere in lib. 15. de Trinit. cap. ult. hoc tibi fecit infirmitas. Et que causa infirmitatis, nisi iniquitas?"

Conclusio II.

Mens humana plures formare potest Ideas pure intellectuales.

78. Prob. 1.º ex Doct. Subt. in lib. 4. S. 2. 43. q. 2.º ubi probans cognitiones, que in nobis experiantur esse immateriales, scilicet: actus quo cognoscimus ens, l. qualitate sua ratione universalis; quo cognoscimus relationes consequentes naturas rerum inveniibilium, prout a sensibilibus distinguuntur, et relationes rationis, que sunt 2.º intentiones Logales; actus similis, quo assentimus primis principiis; quo cognoscimus deniq. ignotum ex noto per discursum. Postquam probat, inquam harum cognitionum immaterialitatem; demonstrat eas a nulla potentia sensitiva ellici posse. Inquit enim: "Assumptum, q. scilicet nullus istorum actuum"

potest esse secundum aliquam potentiam sensitivam, probatur; quia actu universale cog-  
 novitum sub tanta indifferentia, sub quanta ipsum sit cognitum est simul visibile: est autem  
 simul visibile de omnibus singularibus, in quibus salvatur; ac si non cognoscit sensus. Sed de  
 2.º est evidentiur, quia nulla potentia potest cognoscere aliquid sub ratione universa-  
 liori ratione sui proprii objecti: sicut visus non cognoscit aliquid sub ratione indife-  
 rentie ad colorem, et ad sonum; quod cognitio illa, quae est alicujus sub ratione communio-  
 ni, quocumque 1.º objecto etiam supremi sensus non potest esse, aliqua sensatio. Tum  
 probat idem, quia nulla sensatio potest esse distinctiva primi objecti sensibilis, ab  
 eo, quod non est tale, quia non potest esse utriusque extremum. De relationibus consequentibus  
 alia non sensibilia inter se, i. inensibilia ad sensibilia, patet per idem, quod sensus non  
 potest per illas. Multo magis patet de relationibus illis, quae dicuntur rationis; quibus  
 sensus non potest moveri ad cognoscendum aliquid, nisi quod includitur in objecto  
 sensibili, ut sensibili: :: alia duo: de dicuntur, et advertitae diversus evidentiur,  
 probantur ex relatione rationis, quia illa non sunt sine relatione rationis.?

79. Dicunt aliqui: Doctorem ostendere in hac probatione, plures intellectiones  
 haberi independentes a sensu, et sensatione; non vero ab imaginatione, et phan-  
 tasmate. Sed haec ratio innatur proxius videtur; nullius enim rei haberi potest  
 imaginatio, et phantasma, cujus haberi nequeat sensatio. Si ergo allate Doctus  
 rationes probant plura a nobis intelligi, quae objectum sensationis esse neque-  
 unt, nec ea imaginationis objectum esse posse similiter ostendunt.

80. Prob. 2.º ratione ipsius Doct. qui in lib. 1.º Sent. d. 3. q. 6. hoc modo argu-  
 mentatur: Absurdum est intum in sua propria operatione, necessario dependere  
 ab illa potentia, quae sibi contingenti copullatur intui; quod absurdum est intum  
 in sua propria operatione, scilicet intellectione necessario dependere a vir-  
 tute Phantastica, quod ut suas intellectiones format a virtute phantastica  
 dependere non debet. Maj. evidentiur est, quia sicut nullum eo contingenti unitum,  
 indiget, ut existat, ita nec ut propria operatione operetur. Min. similiter  
 clara est, nam anima separata suas intellectiones format reclusa omni-  
 no virtute phantastica, quod haec contingenti se habent respectu intellec-  
 tive potentis in ejus unione cum corpore.

81. Prob. 3.º ratione Philosophorum Resistentium; dicunt enim in his, quae ad  
 animam pertinent nulla tutior regula assignari potest, quam intimum  
 conscientis testimonium, id est conscientis testimonio experimur plura a  
 nobis percipi pura intellectione; quod Prob. min. Idem a sensu, et dissen-  
 sus, justitiae, et intelligentiae Dei de omni materia, et sensibili qualitate

segregatæ sunt; q̄. formari possunt pura intellectione. Prob. ant. Tales idæ,  
et alia similia objecta nullam habent similitudinem cum rebus sensi-  
bilibus, q̄. Conseq. e. vera; nam si nulla sensatione percipi possunt; q̄.  
dumtaxat pura intellectione percipiuntur.

82. Obj. 1. Si nobis essent idæ pure intellectuales, maxime esset idea entis  
generatim accepti, d. idea entis generatim accepti, n. e. pure intellectualis;  
q̄. Prob. min. Ipsa idea pendet à sensibus; q̄. Prob. ant. Ipsa idea fit per ab-  
tractionem à singularibus, et individuis corporibus; q̄.

Resp. neg. min. et dist.  
ant. prob. Ipsa idea entis pendet à sensibus remote, conc. proximè;  
neg. Jam dictum e. cum Doct. intum notari, pro statu isto pro suis  
formandis idæ, etiam intellectualibus pendere à sensibus quo ad pri-  
mam sui motionem, n. vero quo ad usum, et frequentes actus. Id au-  
tem n. pendere à sensibus proximè e. d. tantum remote. Remota à sen-  
sibus dependentia, n. impedit, q̄. idea pure intellectualis e. possit:  
ad hoc sufficit, ut dum elicitur neg. à re corporea, neg. à Phantas-  
mate actu existet. Idea autem entis generatim accepti, licet  
fieri possit per abstractionem ab individuis corporeis, etiam potest  
formari per abstractionem à re spirituali, que si ita fiat, tunc  
idea entis non nisi remotissime penderet à sensibus, quatenus  
nempè ob ordinem, et concordiam potenciarum, ut ait Doct. prima  
cognitio Animæ corpori unitæ, oportet, ut sit alicujus rei corporeæ, et sen-  
sibilis. Ne autem idea entis proximè à sensibus penderet, immediate,  
i. à quopiam sensu critici deberet, i. saltè in aliquo proprio Phan-  
tasmate relucere: quorum neutrum eo sensu intimo discernimus. Inquit  
enim Doctor Subt. in lib. 1. Sent. dist. 3. q. 3. a. 6. Non potest poni pro-  
prium Phantasma, nec quantitativum, nec entis (in genere) quia hæc  
sub ista indifferentia excedunt genus sensibilem, nec possunt, ut  
hujusmodi relucere in Phantasmate; et tamen ipsorum causantur  
proprie species intelligibiles. Remote vero tantum notiones universa-  
lium à sensibus pendere, ipse Doct. lib. 1. Phisic. q. 5. innuit his verbis:  
Ad hoc ut intusa habeat conceptu universalem sine circumstantia particu-  
lari, n. requiritur, q̄. actu intendat ad Phantasmata, d. requiritur,  
q̄. altas respexit ad illa, et intenderit. Ex quo aperet responsio ad  
illud Peripateticorum vulgatum: nihil e. in inteu, q̄. prius n. fuerit  
sub sensu: scilicet, remote, et remotissime, conc. proximè, nego.

83. Inst. 1. Sed omnis idea pendet à sensibus proximè; q̄. Prob. min.  
sub. Idæ, que juxta vos n. pendent proximè à sensibus sunt idæ uni-



realsium, et spiritalium rerum, d. ite proxime pendent a sensibus; q. Prob. min. quo ad universalia: Experiencia, et ipse Doct. Subt. docet, q. dum percipimus universale, simul imaginamur singulare; q. Prob. ant. D. Sub. in lib. 1. Sent. tit. 3. q. 7. ait: "Quidquid intelligimus in universali, illud idem phantasmamur in suo singulari, et simul necessario;" Ergo.

Resp. neg. min. sub. min. prob. et dist. ant.

prob. Dum percipimus universale, imaginamur singulare, si res corporea, et materialis sit singulare, conc. si res spiritalis fuerit, neg. Perceptum universale potest esse ratio generica spiritus, et omnia singularia sub se contenta esse. res spirituales, que intelligere, ac n. imaginari possumus; rei enim spiritalis nulla esse potest imago corporea, nullumq. phantasma. Sicut enim cum dicit: "Quidquid intelligimus in universali, illud idem imaginamur in singulari." intelligenda sunt in hoc sensu: Dum prima vice intelligimus aliquod universale necesse est. ut simul imaginemur quoddam ejus singulare, quia intellectio universalis exercitur in nobis per mentis reflexionem, et abstractionem, occasione rei cognitionis singularis, ceterum post semel habitam universalis speciem, illudq. iterum intelligitur necessario n. debet simul etiam percipi illius singulare. Subdit enim paucis interjectis: "Antequam intus habeat speciem, necessario oportet ipsum con-  
venti ad phantasmata." Prima q. intelligibili specie ab intus comparata, n. id amplius necessario requiritur. Dicit enim ipse D. in 1. Sent. d. 3. q. 2. "Potest intus abstracte objectum inclusum in aliquo movente, et considerare illud abstractum, n. considerando illud, a quo abstractum." Quid clarius?

84. Inst. 2. eandem min. probando, quo ad res spirituales: Per spirituales a nobis n. cognoscuntur nisi per comparationem cum rebus corporeis, d. ideas rerum, que habentur nisi per colationem cum rebus corporeis, a sensibus proxime pendent; q. Prob. maj. Cum Deum percipimus nobis illud representamus sub imaginem venerandi Senis, Angelum instar allati Adolescentis, et animam nostram instar tenelle puelule, aut rivide, et pulchre cujusdam flammule; d. hec sunt res spirituales; q.

Resp. Mentem nostram

ob intimam, quam habet cum corpore unionem, sic rebus corporeis, et sensibilibus assueta esse. ut etiam cum de rebus spiritalibus cogitat, ita corporeis imaginibus imbuatur, ut nisi summa adhibita cura, et attentione, ideas nostras ab omni corporeo objecto expurgare possimus. Hac forte de causa audientes homines, qui nunquam meditationibus vacaverunt, nihil nisi cum imagine quadam corporea percipere solent.

Fr A

Sic cum de Deo, et Angelis cogitant, imagines sensu, et allati Iuvenis, quas ex puerili consuetudine sibi fingunt, n. Dei, et Angeli ideæ sunt, & mera Phantasmata, quæ ideas illas committantur. Et certe si nullam aliam Dei ideam haberemus præter ~~universalem~~ venerabilis senis, omnia, quæ de Deo formamus iudicia erient proximo falsa, iudicia falsa credimus, quæ ideis, quas in mente habemus adæquantur; ideoq. n. possemus, iudicare Deum esse incorporeum invisibilem; hæc quippe omnia cum idea venerabilis Senis nulla ratione convenire possunt. Doct. Subt. ingenue fatetur, esse vulgi consuetudine percipiendi res invisibiles, et spirituales per quamdam imaginationem, & tam falacem hunc concipiendi modum, et ipse reprobat in q. 29 super Univ. Porphyrij, inquit enim: „ Communis imaginatio circa insensibilia decipit: et ideo vulgus sequens imaginationem concipit de intelligentiis quasi idem, q. de substantiis corporeis. „ Itaq. ut res spirituales recte cognoscantur, n. per comparationem ad res corporeas percipiendæ sunt, & per earum collationem ad animam nr̄am, quam ex sensu intimo novimus. Ait S. Aug. lib. 9. de Trinit. cap. 3. „ Mens nr̄a, sicut rerum corporearum notitiam per sensum corporis colligit, sic incorpoream per semetipsum. „

85. Inst. 3.º D. Paulus Epist. ad Rom. cap. 1. ait: „ Invisibilia Dei à creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiternæ namque bonæ ejus virtutis, et Divinitatis, ita ut sint inexcusabiles. „ Ergo Deum, et aliq. res spirituales cognoscuntur per comparationem cum rebus corporeis.

Conf. ex S. Ambrosio in lib. 4.º super cap. 4.º Lucæ, ubi hæc dicit: „ Invisibilia nobis ejus (nempè Dei) per ea, quæ sunt visibilia demonstrantur. „ Ergo Resp. neg. conseq. Nam ex hoc Apostoli testimonio n. magis infertur, Deum à nobis cognosci ex rebus corporeis, quam ex incorporeis, et spiritualibus. Possum enim cum Apostolo ita ratiocinari: Invisibilia Dei per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, & Anima nr̄a facta est q. per ipsam invisibilia Dei, intellecta conspiciuntur. Unde aperet Apostolum, intendere solum significare, q. ex consideratione ~~tantarum~~ rerum creaturarum corporearum, & spirituales sunt, recte concludi posse, existere supremum rerum omnium Authorem, atq. illius ideam efornari, adeo ut inexcusabiles sint, qui Deum ignorant. Ordo autem quo ab jura D. Sub. lib. 1.º sent. d. 3. q. 2. ex rerum creaturarum consideratione, Dei ideam nobis comparamus, hic est; primo: Anima nr̄a percipit res creatas, deinde ex istarum ideis efornat per abstractionem notiones quardam transcendentales, quæ communes sunt simul creaturis, et Deo; nempè notiones entis, veri, actus: de. Hinc, ex his transcendentibus in se velut collectivis, ac ab omni imperfectione separatis, aliam efornat ideam, quæ representat summum bonum, verum, et infinitum, Deum nempe.

Idipsum potiori quodam jure, etiam facultas Phantastica comparando invicem, ac componendo diversas corporeas imagines, unicam ex illis imaginibus efficit; ut cum ipsa imaginatur montem aureum, mare lacteum, de. Alii nempe res vocat Paulus, ideam Dei esse quoddam Phantasma, per collationem cum rebus

corporeis formatum. Quinimo hortatur: cavendum ee. ne (ut ipse ibidem loqu-  
tur) mutetur. Quia incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corrup-  
tibilis hominis.

86. Ex quo clare inferitur responsio ad D. Ambrosii testimonium. Licet eni  
aperte dicat per ea, que sunt visibilia, n. dicit tamen dumtaxat per ea,  
adeo ut excludantur res invisibiles, et spirituales. Preterea S. Doctor ait:  
demonstrantur, n. ratio intelliguntur. Demonstrari autem invisibilia Dei,  
seu Dei existentiam, summamq. illius providentia ex hac spectabile mun-  
danarum rerum machina, admixandog. ejus ordine in Metaphisice parte  
2a satis ostendemus, et optime potest.

87. Obj. 2o. Leso Phantasia organo nulla intellectio haberi potest; q. quilibet  
intellectio mediante Phantasmate ab intus formatum.  
Resp. neg. conseq. m. Nec illa

probatio, (ait D. in 4o. Sent. d. 43. q. 2a) quod impeditur ille actus lesio organo,  
Phantasia, concludit. Hoc enim e. propter ordinem potentiarum illarum operando,  
n. autem, qui intellectio exerceatur mediante isto organo. Sicut enim juxta  
Doctoris sententiam; prima intus motio quicq. prima intellectio, a corporeo  
organo, tanquam ab occasione necessaria omnino repetenda est; ita lesio or-  
gano, et impedito Phantasmate, et intus ipso impedito, ut ear operationes,  
que illius sunt proprie, et independentes a facultate organica, sicut tunc  
possit.

## Questio II. Recentiorum Philosophorum de origine Idearum hypothe- ses, mensq. Doctoris circa eas declaratur.

88. Primus, qui novum post Peripateticos de origine Idearum adinventavit systema,  
fuit Renatus Cartesius. In itaq. illiusq. arde Cartesiani appellati, arbitrantur,  
intus ritum ee. potentiam meae passive, que n. producit suas ideas, d. ear a Deo  
recipit, ac proxime simplicem perceptionem, n. ee. operationem, d. passionem men-  
tis. Quod ut sustineant innatas, adventitias, et factitias, distinguunt ideas, de quibus  
in 1o. Log. part. Artic. V. n. 22.

89. Alterum Recentiorum systema e. Malebranchii. Itq. enim mutationes,  
que in Anima fiunt, velut gaudium, tristitiam, omnemq. sensationem, luminis, colo-  
ris, soni, &c. non sult in nobis exprimi per totam, et distinctam perceptionem, d.  
confuse tantum percipi per conscientiam. Etiam perceptionem ab idea distinguit,  
ita ut ideam vocat exemplar rei in Deo existens, perceptionem autem ee. actum  
mentis nra, q. illud rei exemplar in Deo intuemur, inquit. Unde concludit aereus,  
exceptis his, que in nobis contingunt, que per conscientiam, seu per sensum in-  
teriorum attingimus, reliqua omnia extra nos posita, a nobis, dum illa cognos-  
cimus, in Deo singula cognosci.

J. S.

do. Non inficior quidem, juxta D. Pauli testimonium Acton. cap. 17. Deum illum esse in quo vivimus, movemur, et sumus; quodque auxilio, et assistentia nobis opus esse ad scientias acquirendas, et ad quamlibet rerum notitiam acquendam; ob supremum dominium ejus, in creaturas, nihil causa 2<sup>a</sup> agere potest nisi cum immediata coactione causae 1<sup>ae</sup> ut in Metaphisica notum fiet. Nec etiam inficior piis, sanctisque quibusdam viris, licet audibus, a Deo quandoque plures notitias manifestari, ac potissimum, quae ad Divina Misteria pertinerent, hisque magis, quae studium, proficere orationem, in qua Divinum peculiare lumen, illis afulgebat.

11. Caeterum primum Apostoli dictum, veritatem non adimit vulgato D. Augustini offato lib. 7. de Civit. cap. 30. ubi ait: „Deum res, quas condidit, ita administrare, ut proprios in tu agere sinat.“ Idcirco necesse non est. Deum hominum pedagogum officere, qui omnia, quae dicunt, eos per se doceat, atque sigillatim in vultu ideis omnia videnda illis exhibeat. Satis provisi-um est hominibus, intuitu instructis, quo solo, ac generali Dei auxilio, rerum omnium notitias sibi ex rebus ipsis possunt comparare. Alterum vero peculiarem respicit Dei providentiam; ex quo clare inspecta, viam ordinariam, et vulgarem, qua cognitiones acquirimus, a Divina manifestatione repetendam non esse.

12. Quamvis hoc principium Malebranchii concedatur, ipsumque D. Subt. probare videatur in 1<sup>o</sup> Sent. d. 35. q. Unica, dicens; „Ideo non- men accepit Augustinus a Platone, qui posuit ideas quidditates rerum, per se quidem existentes secundum Arist. et male; secundum August. in mente Divina, et bene.“ At tamen multiplici de causa abhorum provisi videtur, nos in Dei ideis, omnia contemplari, quaecumque vere percipimus. Nam 1<sup>o</sup> post longum studium, et improbum sciendi desiderium, multoties plura percipimus tanquam vera, quae tamen deprehenduntur esse falsa. Quod autem in Dei ideis videtur, falsum esse non potest. 2<sup>o</sup> si omnia, quae percipimus in Deo videremus, Deum etiam ipsum, dum illum apprehendimus in Deo intuemur. Et notitia, quae de Deo haberemus, esset visio illius intuitiva: nam intuitivè videre dicimus, quaecumque in se ipsis videmus, atque licet adhuc viatores, beati essemus, dicente Augustino; „Idearum visione Animam fieri beatissimam.“

13. Doctor Subt. cum suo duce Augustino, pluribus docet nos in eternis Dei ideis, ac in luce aeterna, primorum principiorum veritates intueri; et quod ejusmodi aeternae Dei ideae, in quibus veritates principiorum clare inspicimus; non nisi illud lumen, quod Deus signavit super nos in Creatione, quod etiam speculum intellectuale D. Subt. appellat, scilicet,

quædam ipsarum idearum Dei participatio ab initio nobis indita. In quo D.  
 Subt. testimonio, licet quædam systematis Malebranchii semina latere  
 videantur; atamen si illud atente scrutetur; ex eo constat, intus nru  
 motionem referri ad intum Divinum, n. immediate, ut intendit Male-  
 branchius; d. tantum mediate; nempe quatenus intus Divinus e. pri-  
 mus motor; e. autem objectivum rerum in nro intus, motor secundus,  
 a primo motore dependens. Sed hi, a quo proxime, et immediate movetur  
 intus nter ad rerum notionem, e. de mente Scoti ipsum e. objecti-  
 vum, q. in nro intus res habet; n. autem sunt Dei ideæ, neq. intus  
 Divinus. Unde clare aperet, quid D.<sup>r</sup> Subt. quidq. Malebranchi-  
 us hac super materia sentiunt.

¶ 4. Sed quid dicendum de hypothesi Cartesianâ? Quod expectat  
 ad ideas adventitias, factitiasq. juxta Cartesii expositionem bene di-  
 cit, adventitias fieri occasione motuum, qui in sensibus nris con-  
 tingunt, si hujusmodi occasio, modo proxima, modo remota accipiantur;  
 et similiter factitias ex fluxibus aliis ideis componit. Sed vehementer  
 displicet, q. Cartesius addidit, scilicet: utriusq. generis ideas n. produci  
 a mente nra si sibi propria, d. a Deo ipso creari occasione motuum,  
 qui contingunt in corpore: hoc enim aperte rapit occasionalistarum  
 systema, q. velut absonum in Psychologia rejicitur.

¶ 5. Quantum attinet ad ideas innatas distinguendum e. si ista-  
 rum nomine intelligantur ideæ Platonicæ, et Pythagoricæ, quas men-  
 tes humanæ secum deferant ex anteacta vita, cum decidunt in cor-  
 pora; jam in præcedenti questione sunt reprobatæ. Si illas quispiam  
 apellet actuales rerum notionem menti perpetuo presentes; neminem esse  
 puto, qui eas propugnare velit. Nemo ingenuus affirmare potest, aliquam  
 in nobis e. expressam perceptionem, aut intellectionem, que jugiter in  
 nobis actu existat. Ideo Doct.<sup>r</sup> Subt. in 1.<sup>o</sup> Sent. d. 3.<sup>a</sup> q. 8. ait: "In-  
 tellectio actualis e. aliquid in nobis n. perpetuum, d. habens e. post  
 n. e. sicut experimur."

¶ 6. At si ideas innatas quidam vocet, ut Epicurus eas appellat, que  
 ex ipso Mundi aspectu primum in nobis adhuc infantibus ope sen-  
 suum abiq. Magistro imprimuntur neminem admittendam opinor: Si  
 omnium per ideas innatas intelligantur omnes notionem, que facilius quadam ra-  
 tione in nobis existant, ac bis posita externi alicujus objecti occasione,  
 l. levi reflexione adhibita, statim menti occurrunt; ut e.g. ideæ generalissimæ

entis, bonitatis, veritatis, unitatis, distinctionis, &c. In hoc sensu ideas innatas  
admittimus cum D<sup>e</sup> Subt. qui eas notiones habituales vocat. Ait ipse in 1<sup>o</sup>.  
Sent. d. 3. q. 2<sup>a</sup>. Habitualement notitiam voco, quando objectum sic est presens  
intui in ratione intelligibilis actu, ut intellectus statim possit habere ac-  
tum elicatum circa illud objectum.

¶ Joannes Loquius, qui merito negat cum D<sup>e</sup> Subt. omnes nostras ideas,  
aut sensuum ministerio, aut reflexione, et ratiocinatione à nobis acquiri, pro-  
pugnat etiam nulla principia in animis nostris ingenta esse. Verum si ipse  
principiorum nomine intelligat actuales eorum principiorum notiones,  
que ab ipsa creatione in nobis perpetuo fuerint, has ingentis n. ec. conce-  
dimus etiam. Sed si forte intelligat habituales, etiam eorum notitias, et  
has quoq. animis nostris ingentis essent neget, hac in parte manus illi  
dare n. possumus. Ut autem res tota in aperto ponatur, mentem D<sup>e</sup> in  
tres conclusiones aperiam.

## Conclusio I. Nulla actualis idea est nobis innata.

¶ Prob. 1<sup>o</sup>. Ex D<sup>e</sup> Subt. in lib. 1<sup>o</sup>. Physic. q. 45. ubi inquit: "Nulla condi-  
tio est indita nobis à natura." 2<sup>o</sup>. Ex dictis Hypothesi Carterii. 3<sup>o</sup>. Hoc di-  
cussu: Ut rei idea possit dici actualis, actu, et exprese in mente existere  
debet; q. ut actualis innata sit, actu, et exprese in mente nostra stare  
debuisset à primo vite momento, ac perpetuo in nobis perseverare; d.  
hoc è manifeste falsum; q. 1<sup>a</sup> conseq. è clara, nam q. innatum, seu in-  
genitum in nobis è. semper in nobis è. oportet permanentem, si enim  
modo est, modo n. est jam adventitium, n. vero ingentum est. Min. subs.  
prob. Si hujusmodi ideas, in mente semper starent, in his hoo jugiter,  
ac incessanter cogitaret; d. hoc è manifeste contra ipsum cujuscuq. e. con-  
scientie testimonium; q. Quis enim unquam affirmare potest, se à suo vite  
exordio ideas aliquarum rerum actu, et exprese semper habuisse?

## Conclusio II. Quedam ideas habituales sensu explicato admitte sunt nobis ingente, ut facilius, ac citius reliquis in nobis excitentur.

¶ Prob. 1<sup>o</sup>. Ex D<sup>e</sup> Subt. qui explicans S. August. locum lib. 9. de Trin. ubi  
notitia boni in communem dicitur nobis è. naturaliter impressa, ita in-  
quit in 1<sup>o</sup>. Sent. d. 3. q. 4. Hoc est de facile imprimetur in intui à singu-  
laribus, quia in quolibet intentiones univexales facilius occurrunt.  
1<sup>o</sup> hoc probo (sex ipsum Augustinum), qui eodem lib. cap. 4. de magnis,

L. 18. de parvis dicit: Habemus regularitē infixam humanę naturę notitiā, secundum quam statim, quidquid tale aspiciamus, hominem esse cognoscimus. l. hominis formam; q̄ ex 2.º Subt. et August. d.º.

100. Prob. 2.º ratione. Cūq̄ expedita pollenti rationis usu, clarē constat, se experiri magnam quandam facilitatem ad ideas veritatis, et bonitatis in se excitandas, d. hęc facilitas provenit ex innata idea veri, et boni, quę idea intellectualis est; q̄. Major est clara. Min. prob. Hęc facilitas n̄. esset nisi incessanter aderet impresus amor veri, et boni, d. hęc amor impresus est idea innata boni, et mali; q̄. Prob. maj. Iste amor ita impresus adert, ut quantumvis mens distracta, judicetur facilius, et promptius excitetur, quam alia; q̄.

Conf. precipue in ideas summi boni, et veri, nempe: Dei, hęc ratio magis clara apparet. Nam quantumvis mens distracta videatur, statim occurrat ejus invocatio; in illoq̄. anxietas conquiescit; d. in presentis questione loquimur de ideis intellectualibus, quę bis habita alicujus objecti externi occasione, quę facilius, et citius menti occurrunt; q̄.

**I**n hoc sensu velut innata, et ingenta haberi debent, etiam 1.º principia, seu pones, quę per se notę communis dicuntur, quaxum veritas, et immediate innoterit. Cujusmodi sunt ideas Epicuri, et hęc: q̄. operatur existit. causa suo effectu posteriora eē. requit. Quidquid est; l. est a se, l. ab alio: Nihili nulla proprietas. Bonum pariat malo; et pulchrum turpi. Ab equalibus undequaq̄. sibi, equalis effectus habentur. Alięq̄. innumera pones univales, quaxum veritas ex solo terminorum sonu manifesta est. Quę propterea 1.º principia appellantur, et sunt velut fundam.º omnis scientię speculativę. De principii vero practiciis suo loco loquar.

### Conclusio III.

Habitus principiorum primorum nobis sunt ingenti, et plures ideę habituales nobis innatę.

101. Prob. 1.º ex immediate dictis: Nam si nobis indita est a natura, et in creatione a Deo impresca facilitas quidam ad plures ideas univales in nobis excitandas, etiam ad clarē, et distinctē statim percipiendas primorum principiorum veritates, nihil enim est habitus, saltem naturalis, nisi facilitas operandi.

102. Prob. 2.º Si Deus quardam notitias, ac primorum principiorum habitus mentis nřę n̄. infudiret, n̄. esset Provisor universalis humanę naturę; d. e. contra Fidem; q̄. Prob. maj. Deus n̄. diceretur Provisor universalis humanę naturę, quando n̄. preberet media necessaria ad finem consequendum; ad quem ordinavit; d. ita fieret, si tales habitus, ideęq̄. n̄. infudiret; q̄. Prob. min. Tunc mens humana nullam haberet regulam, ad quam atenderet ad dircependum verum

ā falso; d. directio veri, et falsi ē. hominū menti necessaria, ad finem  
arrequendum, ad quem ordinatur; q.

Conf.<sup>a</sup> ex Divina Œconomia, qua Deus unus  
est in rerum creatione. Etenim omnibus animantibus Deus dedit in crea-  
tione quosdam habitus, quibus uterentur ad peculiare sui speciei fines  
facile, et certo arsequendos. q. potiori ratione hominū, qui fuit opus creati-  
onis perfectionis. Prob. aut. Araneis indidit habitus texendi; Avibus  
habitus nidificandi; Apibus melificandi; Vombycibus, serici elaborandi;  
Felibus, mures insectandi; d. q. Nunc sic in istis habitus ille infusus  
n. ē. actualis cognitio suorum objectorum, neq. in sola capacitate ad acqui-  
rendam sui artis notitiam, ita est; d. in quadam organorum disposi-  
tione; adeo ut quilibet ejusdem speciei animalia, sepe statim ab ortu,  
absq. Magistro, ea, quę sui artis sunt, percipiant; q. etiā Deus homi-  
nis mentem circa eas veritates, quę ad directionem actionum firmi suo respon-  
dentium, necessarie sunt, sic constitui debuit, ut ab ipso facile percipiantur,  
sic statimq. intelligantur. Inter plures suas veritates istę numerantur:  
Deum existere; supremum adesse legislatorem; haberi Providentiam; dari  
pœnam, et præmiū humanarum actionum; animas nraas ēē. immortales;  
post presentem aliam ēē. vitam. Et alie, quę licet n. sint per se notę, ta-  
men sic ē. dispositus, ut evidentiam ex parte objecti simul sentiat, ex  
parte voluntatis, et mentis inclinationem sapientem intum ad judican-  
dum eas veritates certas ēē.

103. Præterea, quę causa adest, ut menti nra absq. Magistro potius hęc ve-  
ritatibus adhsreat, et inclinetur, quam aliis, nisi quoddam lumen omni-  
bus inditum ā natura? Demum sicut sine Magistro, etiam in initio  
inclinamur ad plañctum propterea organorum dispositionem, ita ad ideas  
intellectuales percipiendas, propterea dispositiones ā Deo ingentis.

104. Quod autem sint hęc idee habituales, quidq. habitus istorum principio-  
rum; dico, illas, istosq. consistere in ipsaq. intellectiva facultate, n. quidem  
nuda, d. ita Deo preparata, et disposita, ut quadam luminis Divini, Divinarumq.  
idearum participatione, n. actu, d. habitu instructa, ad universaliores magisq.  
ideas necessarias clare percipiendas promptior, et securior evadat. Quod dicta-  
men rationis vocet etiam appellari. Hoc rationis dictamen, reū hanc præ-  
parationem menti proximam, habitum, ac luminis participationem sta-  
tuebant antiquiores Philosophi in intū, juxta illam rationem, secundę  
quam eum agentem vocabant. Ideo D. Subt. Trilicet. q. 15. inquit: "Intus 11  
agens ē. sicut habitus quidam, et lumen;" Quo lumine posito circa pri-  
ma principia menti nra errare n. potest; nam inquit ipse Doctor  
in lib. 2. Sent. dist. 39. q. 2. "Habitus principiorum semper est rectus 11



quia ex ratione terminatur virtute luminis naturalis intus statim acquiescit illis. 3. Qui habitus ex mente Doct. genitus n. e. d. ingentus; aut enim in 3. Sent. dist. 14. q. 2. 3. Principia cognoscimus in quantum nos cognoscimus, et proinde intellectus perfectissime advertitur principio ex intus ejus ante omnem habitum genitum. 3.

105. Obj. 1.º Contra 1.ºm Concl. Ex S.º Aug. Quaedam rerum notiones, seu ideæ nobis sunt innatæ; q. Prob. ant. S. Aug. lib. de vera Relig.º inquit: Non dicemus aliud alio melius, cum vere judicamus, nisi esset impressa notio ipsius boni, secundum quam, et probarem aliquid, et aliud proponeremus. 3.º

Resp. Dist. ant. 1.ºm Ex S.º Aug. quedam rerum notiones, seu ideæ habituales nobis sunt innatæ, conc. actuali, neg. In prob.º 2.º Conclusionis dictum fuit cum D.º Subt. quomodo interpretanda sunt hæc, et similia Augustini testimonia; scilicet: intelligenda sunt de habitibus ideæ, quatenus earum quidam nobis infusus est habitus, et ceteri facilitate ex sensuum occasione in nobis excitantur. Itaq. S.º Augustini, aliorumq. SS. PP. testimoniis n. infirmatur 1.º Concl. d. mixtum in modis 2.º et 3.º firmantur. Proindeq. licet Fortunatus à Braxia cum Antiquioribus Philosophis animadvertat, ipsiusq. Augustini auctoritate confirmet, hominem attingere à sua creatione rerum unum optimus Deum, sine quo nulla natura subsistit, nulla doctrina instituit, nullus usus expedit; n. intelligendi sunt PP. neq. ex remotiori antiquitate Philosophi de Dei idea innata actuali, et expressa, quæ in creatione menti nræ indita fuerit, et abiq. ulla corporis, aliteriq. rei occasione in nobis semper extiterit; quod ad rationem actualis ideæ requiritur. Nam Clemens Alexandrinus docet, omnibus inspiratum fuisse Divinum influxum, quo Deus attingitur; d. etiam addere animadvertere oportet: „maximè hi, qui in doctrinis, literisq. versantur. 3.º Etiam S. Aug. avertit ignorari n. posse Deum à creatura rationali, quæ jam ratione utatur; quod perinde e. ut subdit ipse Fortunatus, ac si diceret, n. posse fieri, ut quis creaturæ rei rationis ministerio homo consideret, qui Deum agnoscit.

106. Obj. 2.º contra 3.ºm Concl. Si in nobis essent ingenti habitus principiorum, et ideæ habituales innatæ ex sensu intimo deberemus illas sentire, d. eas n. sentimus; q. seq. maj. patet: essent enim menti nræ, perpetuo præsentem, q. illas sentiremus.

Resp. 1.º Nego sequelam majoris. Etiam cum habitus, et habituales ideæ rationem habeant habitus infusi, necesse n. e. ut sentiamus eodem habitus nobis innere, ut constat de habitibus infusis supernaturalibus. In Baptismate rite collato infunditur

habitus **Fidei**, nemo tamen intus sentit se hoc habitu præditum esse. neg. dum actum **Fidei**, elicimus præexistentiam habitus animadvertimus; secus ex intimo conscientie testimonio certi esse possumus nunquam, l. n. ante baptizati fuimus. Neg. obstat huiusmodi principiorum habitus esse mentis nostræ perpetuo præsentis, quia etiam in Anima nostra constat esse habitus **Fidei** præsentia, nec eum tamen sentimus.

Resp. 2.º Omnia maioris sequela, nego min. Nam ex ipsa facilitate, quam experimus ad quaedam intellectiones elicendas, atque ad clarè, et statim percipiendas prænotorum principiorum veritates satis convincimus ex intimo sensu, habitus huiusmodi nobis inditos esse.

107. Inst. Ex Doct. Subt. qui in 4.º Sent. d. 6. q. 10. ait. "Habitus infusus n. dat facilitatem ad actum." Ergo ex facilitate, qua aliqua intelligimus infusi nequit eorum habitum infusum nobis inesse.

Resp. Admitto auctoritatem Doct. et exp. illam: habitus infusus supernaturalis n. dat facilitatem, conc. et ita D.º habitus infusus naturalis, neg. et n. ita D.º. Hæc sunt verba Scoti. "Illud autem quantum de facilitate nihil valet, quia n. est verum nisi de habitu acquisito: habitus enim infusus n. dat facilitatem ad actum, ut patet de nobilitate convexo, cui n. è facile post convexionem actus bonos elicere, d. difficile, quousq. ex frequentia actus bonorum acquirit aliquam virtutem acquisitam." Ità D.º ubi sermonem habet de habitu infuso Caritatis, qui sane est supernaturalis. Ceterum de habitu naturali hæc habet in eadem quest. "Nec simile illud valet, quia habitus naturalis dicit quaedam facilitatem inductam super potentiam naturalem, quia potentia naturalis è qua naturaliter possumus actus, quos poscimus."

108. Obj. 3.º Contra eandem conclusionem. Veritates, quarum habitus à natura nobis ingenerati essent clarissimè, et distinctivissimè deberent cognosci; d. n. clarissimè, et distinctivissimè à nobis cognoscuntur; q. neg. eorum habitus nobis à natura sunt ingenerati. Prob. min. Veritates, quæ spectant ad Deum legislatorem, ad providentiam, ad prænam, et præmiu clarissimè, et distinctivissimè à nobis n. cognoscuntur; d. Idem è de aliis. q. 7.º

Resp. dist. maj. 1.º Clarissimè, et distinctivissimè deberent cognosci idem est certissimè; conc. ita ut nihil clariu, et distinctiu cognosci possit, neg. Quæ per sensum intimum nobis innatescunt, cuiusmodi sunt ea, quæ per habitum infusum principiorum nostrorum clarissimè, et distinctivissimè percipi dicuntur, quia fix-

missimum preberemus ei a sensu n. aliter, ac aliis quibusdam, qui clari-  
sime, et distinctivissime ex solis tui percipiuntur, seu cognoscuntur, ita  
certissime novimus existentiam animae nostrae, quod ex sensu intimo eam  
experiatur: n. tamen ipsius animae clarissimam, et distinctivissimam, ideo  
habemus cum plura alia clarius, et distinctius cognoscamus.

109. Inst. Nullus habitus potest actum precedere, juxta D. m. Subt. 8.  
Prob. ant. D. Subt. in 5. Sent. dist. 14. q. 2. ait: "Actus e. natus prius",  
"precepi in anima, quam habitus." 8.

Resp. dist. ant. et simul admittit  
auctoritatem D. et explicat illam: Actus e. natus ~~est natus natus~~ pri-  
us recipi in anima, quam habitus acquiritur, conc. et ita D. quam ha-  
bitus infusus, neg. et n. ita D. Res de se clara est: nam infantibus  
per Baptismi collationem infunduntur habitus, quorum nullum ac-  
tum prius habuerunt.

# Questio III.

## An aliqua idea possit assignari in se falsa?

110. Praeter jam notata in 1. Loge, parte Art. III. num. 93. 94. 95. De  
ideis ratione factis, etiam supponendum est discrimen inter ideam sim-  
plicem, et compositam; incomplemam, completamq. quodq. de vera, fal-  
saq. idea D. Subt. docuit. Simplex e. quae ita est simplex, ut in alias  
ideae resolvi nequit. Sic dicuntur ides entis in genere, et quae exhibent  
ultimas rerum differentias. Composita e. quae licet in se una, in plu-  
res tamen resolvi potest. Ut ides hominis, et corporis; nam homo re-  
solvi potest in idea animalis, substantiae, entis, &c. Corpusq. in idea  
extensionis, soliditatis, gravitatis, &c. Has ideae D. Subt. vocat

111. Idea incompleta est ea, quae solas exhibet rei notas, quae ad illam  
utcumq. representandam sufficiunt. Sic est idea lapidis sistens in  
una naturae lapidis contemplatione. Completa vero dicitur, quae praeter  
rei notas, ad eam absolute cognoscendas requiritur, aliam, l. plures af-  
fectiones illi contingenti, et exteriori advenientes complectitur: Sic est  
lapidis calidi, l. frigidi, albi, l. nigri, &c. Unde inferitur discrimen inter

ideam simplicem, et incomplexam; nam ista potest esse etiam composita, in aliasque resolvi, minime simplicem. Pariter discrimen aperiet inter compositam, et complexam; nam composita licet in alias resolvi potest, in se tamen unica est ad modum unius simplicis rem representat; complexa vero potest haberi, ut multiplex, quia rem nobis cum addito exhibet; i. clarius, composita est tantum multiplex implicite, complexaque explicite multiplex est.

¶ 112. Tandem idea vera appellatur, quae est conformis objecto suo. Falsa autem quae illi est difformis. Ius duplex definitio bene pensata de medio tollit omnes controversias, quae inter Logos evitantur circa hanc questionem; et similiter viam aperit ad resolutionis intelligentiam, ad argumentaque facile solvenda. Omnes opiniones, sicuti argumenta in diversa cujusque definitione de ideae veritate, et falsitate fundantur.

¶ 113. Clax. Senuensis, qui tradit aliam ideae falsae definitionem, videtur supponere ideam non solum veram, sed etiam falsam posse esse. Etenim in lib. 1.º Inst. Log. cap. 2.º inquit: "Error est cognitio falsa, quae pro vera habetur. In omni errore inest semper velut tacitum quoddam judicium, quo judicatur cognitionem illam veram esse, quae est falsa, aut esse falsam, quae est vera. Juxta tam erro, si judico Solem esse bipedale, quam si judico non esse majorem terra. Idea falsa est, quae objecto suo non respondet, et tamen respondere putatur. Hujusmodi est idea tuaris quadratae, et minus visae, quae rotunda videtur; aut remi recti, qui dum ex parte aqua meatus est, curvus videtur." Hec Senuensis, et quidem egregie: neminem enim judico futurum esse, qui semel probata ideae falsa hic tradita definitione ab eo diverfiat. Omnes enim Philosophi tam Antiquiores, quam Recentiores concedunt ideam falsam esse posse, si accipiatur una simul cum subsequente judicio; scilicet: falsam per accidens, et occasionaliter, ut ajunt quidam Scholastici, quatenus idea, et si non falsa per se patet tamen intuitu occasionem erroris, et falsi judicii.

¶ 114. Doctissimus Pater Jacquierus Log. Part. 1.ª Art. 1.º cap. 2.º sic ait: "Ideae alicujus partes, i. eidem subjecto simul inesse possunt, i. partes illae simul in eodem subjecto existerere repugnat. In 1.º casu idea vera dicitur, in altero casu falsa. Igitur idea vera dicitur, quae objecto suo conformis secus autem falsa. Caeterum ad veritatem ideae necesse non est, ut objectum extra mentem

existat. Sic idea trianguli vera est, et si nullum existeret in re, nat.<sup>a</sup> triangulum: satis enim est, ut ideas alicujus partes se mutuo n. excludant. Itaq. vera dici potest, quae est possibilis, falsa tamen, quae impossibilis. Hinc paucis verbis absolutiva questio (concludit Jacquesius) a Logicis agitata, utrum scilicet ideas capaces sint veritatis, et falsitatis.

115. Verum opinor his paucis verbis n. satis solutam ee. questionem: nimis enim jejune absoluta videtur. Praeterea dum ait ideam veram illam ee. quae est possibilis, falsamq. quae impossibilis: videtur petere principium: nam inquitur; an idea aliqua falsa sit possibilis. Quod de possibilibus, sicut et de actu elicitis controversatur. Et quamvis ipse videatur, eandem, quae nos ideas falsae definitionem tradere; atamen dum eam explicat, a genuino tradite definitionis longe recedit sensu. Dum enim inquit, ideam falsam ee. dissonantem objecto suo, supponit ideam de cujus possibili falsitate inquitur, parat ee; illiusq. etiam objectum existere posse, dum vero definitionem explicando ait: ideam falsam illam ee. cujus partes, i. cujus objecti partes mutuo ee. repugnant; ideas, i. objecti existentiam, ac possibilitatem negat, quia id, cujus partes simul ee. repugnant, nullatenus ee. potest.

116. Juxta Doct.<sup>m</sup> Subt. Quilibet perceptio, sive simplex, sive composita, falsa dici potest, quoties rei attribuitur, q. illi n. convenit. Verum tunc n. vivit in sola rei perceptione, d. judicium etiam includit. Dum enim aliquid rei tribuimus, de ipso re judicamus. Unde mirum n. e. falsitatem adesse posse, ubi involvitur judicium, q. equalit. potest ee. verum, et falsum. Si autem idea vivit in sola rei perceptione, tunc distinguendum est; nam vel sermo e. de idea proximo simplici, quae sicut, et illius objectum in plures conceptus resolvi nequit, et tunc omnino vera ee. debet; quia objectum, aut totum attingitur, aut nihil attingitur; si totum attingitur n. nisi vera potest ee. idea, tunc enim idea completa est, consequent. q. distincta, clara, et vera; si vero nihil attingatur, idea nulla est. Quare merito ait Arist. 1<sup>o</sup> 2. Methap. textu 22. ¶ circa hoc

117. Si autem propediatur ad ideam compositam, sive complexam, itaem distinguendum est. Etenim hujusmodi ideam, aut nullum judicium saltem implicitum in se continet: si judicium continet, velut ista: Animal rationale insensibile, tunc quidem falsa e: ut D.<sup>r</sup> Subt. fatetur, d. falsa e. ratione judicii, quia confugit pugnantia, et impossibilia. Itaq. quidem falsa complexio, atting. similibus, ut notat idem D.<sup>r</sup> simplici apprehensione intelligi potest, Itaq. simplex apprehensio, qua falsa complexio percipitur, vera est. Distinguendum est cum

Aristotele in textu allato, attingere, et representare. Quia mens velut ipse inquit, potest equaliter attingere tam verum, quam falsum; d. nequit representare nisi verum. Si autem idea composita iudicium minime involvat, in se, et formaliter semper vera est, potest virtualit<sup>r</sup>, ut ait ipse d. e. falsa, quia virtute, et occasione illius, ex eo q. sit obscura, et confusa, l. defectu reflexionis, mens de objecto false iudicat. Atq. hoc sensu ideas falsas etiam admittit Clar. Genuensis; et hoc e. q. subdit Aristoteles: "Decipi circa q. quid e. n. e. nisi secundum accidens;"

118. Demum eo modo ideas quasdam dicuntur falsae, quae res falsas etiam vocamus. Arist. lib. 3. Meth. Tract. 3A. inquit: "Res dicimus e. falsas, quae cumq. faciunt phantasmam falsam;" Ita ideas falsas nominamus, quas falsum subsequitur iudicium, sicut autem res, quae falsa dicitur; e.g. falsum aurum in se vera res est, et tantum falsa, quatenus ex nomine occasio, similis idea, quae vulgo vocatur falsa, in se vera est, et tunc falsa quatenus occasio fallacis iudicii. Ad omnium maiorem intelligentiam, et claritatem, sit

## Conclusio Unica.

Nulla idea mentis nostrae in se falsa est.

119. Prob. 1. Idea falsa, e. idea difformis objecto suo ex ipsa ideae falsae definitione, d. nulla e. idea objecto suo difformis; q. Prob. min. Objectu<sup>r</sup> ideae e. objectu<sup>r</sup> a mente perceptum dum idea elicitur; d. nulla idea est difformis objecto a mente percepto, dum ipsa elicitur; q. Maj. e. evidens, nam objectu<sup>r</sup> ideae e. ipsa res cognita. Prob. min. Objectu<sup>r</sup> a mente perceptu<sup>r</sup> dum idea elicitur, e. ipsumq. ideae objectu<sup>r</sup>, quod idea exprimit, d. nulla idea potest e. difformis objecto, q. ipsa exprimit; q. Min. prob. Si idea esset difformis objecto, q. ipsa exprimit, illud minime exprimeret, ideoq. exprimeret, et n. exprimeret, q. contradictorium rapit; q. d.

120. Prob. 2. Mens percipiendo nunquam fallitur; q. nulla idea e. in se falsa. Prob. ant. Id percipiendo nunquam fallitur, q. percipiendo nunquam tribuit rei, q. illi n. convenit; d. mens percipiendo nunquam tribuit rei,

q. illi n. convenit; q. Prob. min. Ut mens tribueret rei aliquid, q. illi non  
 convenit deberet aliquid, aut conjungere, aut dividere, aut affirmare, aut ne-  
 gare; d. per modum rei apprehensionis mens nihil conjungit, nihil dividit,  
 nil affirmat, aut negat; q. Prob. min. Simplex apprehensio, seu idea e. solum  
 objecti intuitus; d. mens per solum objecti intuitum nihil conjungit, aut  
 dividit, affirmat, aut negat; q. Min. e. evidens, quia hęc e. differentia simpli-  
 cis apprehensionis, a judicio.

Conf. ex Sub. Doct. Coment. Metaph. lib. 2. tracta-

22. ubi ait: ,, Aut intellectus attingit, q. quid e. rei, et tunc vere cognoscit ,,  
 quid e. rei, aut n. attingit, et tunc n. apprehendit illam rem: quare circa eam, ,,  
 n. verificatur, nec decipitur. ,, Ex quibus verbis clare sequitur intentum. Nę  
 si intus n. percipit rem, neg. ullius rei idea est. Si nulla rei idea; q. nec  
 vera, nec falsa.

121. Obj. 1. Sensatio e. simplex perceptio, seu idea, d. sensatio e. aliquando fal-  
 sa; q. Prob. min. Inter sensationes percipuum locum tenet visio; d. visio aliqu-  
 ando e. falsa; q. Prob. min. Tunc visio falsa censenda est, quando visio aliquo  
 objecto mens in ipso visionis actu, n. illud, d. illius loco objectu aliquod per-  
 cipit; d. hoc accidit multoties; q. Prob. min. Multoties auricalem visio, mens  
 in ipso visionis actu, n. illud, d. loco illius aurium percipit; q. 1. 1.

¶ Vno verbo, Substantia, ut conveniens creatæ, et increatæ, transcendens dicitur creatas Substantias completas, et incompletas, pariterque simplices, et compositas continent Substantiam ut sic, seu communis, et specificam vocatur, que eadem Substantia, completa, omnibusque conditionibus ad veram Predicamentalem accepta. Substantia creata Predicamentalis est cum vero in triplici hac acceptione sit ens per se, seu in illa notio essentialis appareat, que perseitas communiter dicitur; distinguenda est perseitas actualis, aptitudinalis, et radicalis. Actualis est: actus secundus illius. Aptitudinalis est: potentia, seu participium hujus actus. Et radicalis est: alterum predicatum Substantiis, quo ipsa constituatur, et illius potentie, vel ut radix. Illa cum potentia sit quid relativum, aliquid debet habere, quod ejus fundamentum, seu radix sit. Nunc autem inquiritur, quoniam perseitas sit ratio constitutiva Substantiis, et hoc tam de transcendentali, et specifica, quam de Predicamentali.

## Conclusio I.

Ratio formalis constitutiva Substantiis, ut comprehendens creatam, et increatam, est perseitas radicalis absque limitatione aliqua. Est communis etiam apud Thomistas, licet non ita clare perseitatem explicent.

¶ Prob. Illa est ratio formalis constitutiva alicujus rei, que 1.º intelligitur in tali re, ut ab omni alia distincta; d. perseitas radicalis est, que 1.º intelligitur in Substantia, ut ab Accidenti distincta, q. Min. est clara. Nulla enim ratio est assignabilis, que prius in Substantia intelligatur, q. Hæc ratio probatur. Si aliquid 1.º intelligeretur esset perseitas aptitudinalis; d. nullo modo potest esse ratio constitutiva Substantiis; q. Prob. min. Nullum relativum potest esse ratio constitutiva alicujus absoluti; d. perseitas aptitudinalis, (ut dictum est in n.º precedenti) est quid relativum, Substantiaque absolutum, q. Maj. patet: nam tunc esset, et non esset absolute, quod implicat.

¶ Ex hoc constat: quod Substantia in hoc sensu non constituitur formaliter per negationem essendi in alio. Prob. ex Doctore in 2.º Sent.

dist. 3<sup>a</sup> q. 2<sup>a</sup>; Nihil simpliciter repugnat alicui enti per solam negationem, sed per aliquid positivum, in quo fundatur talis negatio. Ergo negatio essendi in alio, quam secum fert Substantia presupponit in ipsa aliquid positivum, ratione cuius talis negatio illi convenit; quod in hoc positivo, et non in negatione consistit formaliter ratio Substantie. Prob. ant. Ideo homo habet negationem lapidis, quia est rationalis; quod patet 1<sup>o</sup>.

213. Obj. 1<sup>o</sup>. Arist. definit Substantiam per negationem essendi in alio; quod Resp. Quod Arist. non definit quidditative Substantiam per negationem, sed solum illam aliquomodo explicat prout a nobis potest concipi; cum enim iuxta Doctorem, eius essentia quidditative sit ignota, ideo utitur negatione, ut aliquomodo fiat nota; sic consuevit multoties, Substantias rerum per negationem explicare: v.g. Substantiam Angeli, per negationem materiam, eodem modo, ac Theologi explicant infinitatem Dei per negationem; et Philosophi esse bruti per irrationalitatem, et tamen, nec Deus, nec brutum per negationem constituentur.

214. Obj. 2<sup>o</sup>. Esse per se, idem est ac non esse in alio; quod si esse per se, est essentia Substantie, etiam non esse in alio. Resp. neg. ant. Nam esse per se dicit aliquid positivum, ad quod sequitur negatio essendi in alio, sicut ad esse hominis, sequitur negatio lionis lapidis &c.

### Conclusio II.

Ratio formalis constitutiva Substantie creatae, ut comprehendit tam completas, quam incompletas est perscitas radicalis cum modo limitationis, et dependentie ab alio. In quo sensu dividit simul cum Accidenti, ens finitum, et limitatum.

215. Prob. Ratio formalis Substantie, ut conveniens creatae, et increatae, est perscitas transcendens Deo, et creaturis; quod ratio Substantie, ut creatae, debet consistere in aliquo peculiari Substantie creatae, et repugnantis Deo; sed hoc nihil aliud potest esse, nisi modus limitationis, et dependentie ab alio; quod.

Substantia in hoc sensu non solum dicitur a per se essendo, sed etiam a substando, quia omnis Substantia creata potest alicui Accidenti subtrahi, ut docet Doct. Sed notandum maxime est quod sola perscitas est essentialis, et primaria ratio constitutiva Substantie; ratio vero substandi Accidentibus est secundaria, et concomitans, quia non est primum, sed reperitur in re, prius enim est aliquid esse in re, quam aliis subesse, et Substantia non ideo per se existit, quia Accidentibus subtrahat, sed contra. Ideo Arist. rationem substandi inter Substantie species enumerat, quando ait: Substantiam esse susceptivam contrarietatum. Nam inter eam, et Accidentia exaceretur contrarietas.

### Conclusio III.

Substantia huius Predicamenti constituitur per perscitatam radicalem limitatam, prout talis perscitas comprehendit Substantias solum completas, et excludit tam inheerentia per modum Accidentis, quam esse in alio, ut pars in toto, l. in alia comparte, per modum informantis.

216. Prob. Nihil ponitur in Predicamento nisi ens completum, finitum &c. quod in Predicamento Substantie solum ponitur debet Substantia completa, et finita; sed intrinseca perscitas non solum excludit inheerentia in alio per modum Accidentis, (in hoc convenit cum partibus Substantie, tam essentialibus, quam integralibus) sed etiam esse in alio, ut pars in toto, l. in alia comparte per modum informantis; quod per hoc constituitur Substantia huius Predicamenti.

Substantia in hoc sensu comprehendit tam simplices, quam compositas Substantias dummodo completae sint, et excludit partes earum, tam essentialibus, quam integrales; et dicitur per se uti, et subtrahi Accidentibus meliori modo, quam

Substantia creata communiter dicta, seu quae completas simul, et incompletas comprehendit; quia completa tantum magis dicitur per se existere, quam incompleta cum excludat esse in alio per modum partis, et magis etiam dicitur substantiae, quam incompleta, quia proprium subjectum Accidentium est. Substantia completa. Ex qua constat, quod illa entitas positiva, quae est radix, ex qua sequitur aptitudo, ad esse per se, et inaptitudo, seu repugnantia ad inherendum, est communis omni Substantiae, ut docet Doct. Quodlibet. q. 2. ubi ait: "Omni Substantia esse ens per se, prout distinguitur contra ens in alio, et sic per se ens, est idem, quod non inherens actualiter, nec aptitudinaliter." Et solum distinguuntur per proprias positivas differentias.

217. Obj. Essentia Substantiae nequit explicari sine illa aptitudine; quod per illam constituitur Substantia. Resp. 1. quod Substantia explicatur per negationem, et tamen non dicitur ejus ratio constitutiva, et ex consequenti licet non possit explicari sine illa aptitudine, non infertur per illa constitui in esse primario: non enim vultur ejus differentia censeri debet, sed ut proprietates, quae debet essentiae supponere, ut radix ex qua fluat; sicut visibilitas supponit essentiam hominis, ut radix ejus. Resp. 2. quod multa sunt absoluta inesse, quae non possunt bene explicari nisi per ejus proprietates, id est entitates negativas, quin inde requatur esse ejus rationes constitutivas; ut dictum est. num. 213.

## Substantiae proprietates proponuntur.

218. 1. est non esse in subjecto. Cum enim Substantia sit per se, non potest alteri inherere, hoc est non potest in suo esse perdere a subjecto diversi generis illi communicando perfectionem accidentalem, quae ad specificam rei essentiam non pertinet. Sicut enim formae substantiales a materia substantiali pendent, in qua recipiuntur, et quam determinant, ad unam, id est alteram speciem; materia, subjectum informationis, nonque inherens dicitur. 2. est non habere contrarium: hoc est propria contrarietate, qualis versatur inter formas positivas ab eodem subjecto se se invicem expellentes; ut sunt albedo, et nigredo, calor, et frigus, et similes. Hae contrarietas non reperitur in formis substantialibus quia subjectum inferioris carent; sed tantum in formis accidentalibus. Quae licet ignis, et aqua se se mutuo expellant, et destruant; id ratione qualitatis non quod Substantiae eorum fit. 3. est non suscipere magis, et minus. Nam licet una possit esse perfectior alia, sicut Substantia hominis respectu leonis, et videantur posse auferri, aut minui, ut Substantia pueri, qui crescit in virum, etiam substantialiter, tamen intensivè, et in notione essentiali evendi per se, una non est magis Substantia, quae alia, sed sunt omnino aequales; sicut unus homo non est magis homo, quam alius. 4. Suscipere contraria. Hoc est: susceptiva Accidentium, nam cum omne Accidentis possit adesse, vel abesse subjecto substantiali absque ejus corruptione; nullum Accidentis est quod non possit illi advenire; quod contraria omnia, scilicet: Accidentia, potest suscipere successivè, pro varia natura, et differentia Substantiae. 5. Univoce predicari. Id est: de inferioribus, seu primis Substantiis predicari essentialiter; nam quod non predicatur ut quid essentialiter, non est proprium Substantiae; et sic album v.g. predicatur univoce de Petro, et Paulo; sed non essentialiter. Hoc vero volè Substantiae communè, quae ab Arist. 2. vocatur, convenit. 6. Significare hoc aliquid. Nempè aliquid, quod commune non sit, sed omnino individuum, ac singulari. Quod volè Substantiae singulari, quae ab Arist. 1. vocatur, congruit.

219. Differentia Accidentis Universalis, et Predicamentalis, in q. 5.º num.º 176. annotavit. Nunc autem specialiter de Predicamentali est discernendum, nempe: de Accidente Substantis opposito. In quo sensu definitur: Ens in alio existens tanquam in subjecto, id est, ens aptum inherere in subjecto. Quia autem per inherentiam videtur constitui, triplex inherentia distinguenda est. nempe: Actualis, Aptitudinalis, et Radicalis. Actualis est, quando res actu inheret alteri. Aptitudinalis, quando non actu inheret, sed potest inherere. Radicalisq. est illa ratio, ob quam competit alicui enti inherere. Probitur q. quoniam ex istis sit, pro eius ratione constitutiva statuerenda.

Conclusio Unica.

Nec inherentia Actualis, neque Aptitudinalis, est ratio constitutiva Accidentis, sed tantum Radicalis.

220. Prob. 1.º pars. 1.º ex Doct. dicente: „Quod inherentia actualis contingenter inest Accidenti, id est, q. ab eo potest separari, id est, quod separari potest, nequit esse. eius ratio constitutiva, q. Min. est clara: Nam ratio constitutiva alicujus est ipsamet essentia. Prob. conseq. Inherentia Actualis est quid distinctum ab Accidente; q. Prob. ant. Unio animi cum corpore distinguitur ab utroque, quia tam anima, quam corpus possunt existere sine illa, id est, talis inherentia non est nisi unio Accidentis cum subjecto, qui possunt existere sine tali unione; q. Paritas sequitur evidentem caterum in utroque licet possint existere sine unione, atamen unio nequit existere sine illis; quare distinctio realis minor, seu modalis tantum adest.

221. Prob. 2.º ex eodem Doct. Nullum relativum potest esse essentia alicujus absolute, id est, inherentia actualis est quid relativum, et Accidentis ut sic, non est quid relativum; q. Min. patet: quia tunc omne Accidentis esset relativum; et ut sit ratio generica absolute, et relativum Accidentis, debet ab utroque prescindere, ut ambo rationem essentialem participant.

222. Prob. 2.º pars 1.º ex Doct. pluribus in locis, et precipue in lib. 1.º Port. in quo probat, nec actualem, nec aptitudinalem inherentiam esse essentiam Accidentis, quia utraque est quid relativum. Dicit etiam: „Quod fundamentum respectus est aliquid preter defectum, id est, extra ejus conceptum quidditativum, cum respectus sit posterior natura fundamento.“ Expo inherentia aptitudinalis est extra conceptum quidditativum Accidentis, q. non est ejus ratio constitutiva, id est, ad summum ejus proprietatem, que ab eo distinguuntur per se formaliter. 2.º ex ratione supra adducta. Nam si ratio formalis Accidentis ut sic, ut conveniat absolute, et relativo debet ab utroque prescindere, cum juxta Doct. inherentia aptitudinalis sit, quid relativum, certe ratio constitutiva ejus nequit dici.

223. Probatio 3.º partis legitime sequitur ex dictis. Nam cum debeat per inherentiam constitui, per aliquam ex tribus debet esse. id est, ex dictis, nec actualis, nec aptitudinalis est. q. precise radicalis debet dici. Quare in hac re non est amplius discurrendum.

224. Obj. 1.º contra 1.º partem. Inherentia actualis non est quid distinctum ab Accidente; q. Prob. ant. Si esset quid distinctum ab entitate Accidentis, esset posterior tam Accidente, quam subjecto, id est, hoc est, falsum. q. Min. est clara: quia si inherentia esset

posterior ~~est~~ Accidente, jam Accidens superadditur in subjecto, et per consequens esset superflua. Prob. sequela maj. Omnis relatio est posterior extremis, si inherencia illa distincta, esset relatio inter Accidens, et subjectum; q̄.

Resp. dist. maj. Est posterior fundamentaliter, non formaliter, neg. Fundamentaliter prius est, Accidens esse, quam actualiter inherere, formaliter vero, est simul, quia eadem actione, qua producitur entitas Accidentis unitur subto, et ipsummet produci, et uniri, ac inherere. Est autem posterior natura, quia Accidens per se supponitur esse, quando unitur, et inheret actu.

225. Obj. 2.º Perseitas actualis Substantiæ non est quid distinctum ab ea; q̄ nec inherencia actualis ab Accidente. Prob. consequ. Sicut se habet perseitas ad Substantiam, ita inherencia ab Accidente; q̄. Resp. neg. consequ. et ant. prob. Est disparitas est. Quod perseitas actualis non est separabilis a Substantia, bene vero inherencia actualis ab Accidente saltem absolute. Et si a relativo non potest separari, utpotè ejus ratio constitutiva, id ex natura specifica relationum provenit.

226. Obj. 3.º Nihil causa talis inherentiæ distincti; q̄. Prob. ant. Vel manaret ab ipso Accidente, id est ab ejus subjecto; q̄. mutuum dici potest; q̄. Prob. min. de Accidente: Licet omnia sunt inherencia, non omnia sunt activa; q̄. Prob. etia de subto: Quia non est projectivum nisi Accidentis, quod recipit. Resp. neg. ant. et maj. prob. Non enim est, nec a subjecto, nec ab Accidente; q̄. ab eadem causa efficiente, quæ producit Accidens in subjecto.

227. Obj. contra 2.º partem. Doct. Sub. in lib. Phys. q. 50 inquit: Inherencia secundum aptitudinem est de essentia Accidentis; q̄. ex Doct. Resp. neg. consequ. Imo contrarium requiritur. Nam non dicit Doct. q. est supra essentia, sed de essentia Accidentis; hoc est, quod pertinet ad essentiam, sive ut pars intrinseca, sive modus, ut proprietas; In verbo; q̄. illam aptitudinem pertinere essentialiter, idem est, ac realiter identificari cum Accidente. Quod clare videtur docere. Inquit enim: Sicut aptitudo illa sit quid extrinsecum eventus, sicut modus; non est extrinsecum, sicut res ab tercio generis; sed est extrinsecum essentia, sicut modus, sine quo non est essentia.

228. Accidens nequit concipi abique illa aptitudinali inherencia; q̄. Doct. non loquitur volum de identitate reali cum essentia, sed intelligit esse ipsam essentiam. Prob. ant. Definitur per aptitudinalem inherenciam; dicitur enim esse aptum inherere; q̄. Resp. neg. utramque consequ. Multa enim sunt, quæ concipi, et definiari nequeunt, sine illa, quæ sunt extra essentiam eorum, ut sunt relationes, et Accidentia omnia, quæ cum sint exigua entitatis, melius explicantur per extrinseca, et venibilia, quæ per principia pure intrinseca.

¶ Ex dictis colligitur 1.º quod Accidens est ab omni Substantia diversum, ac Substantiam supponit in qua recipiatur, et a qua subtrahitur. Id dico est Substantia necessario posterioris. Substantia autem est prior Accidente, natura, definitione, ac tempore. Natura, quia Accidens esse, nequit nisi in naturæ ordine prius habeatur Substantia, cui inheret. Definitione, quia nulla esse potest Accidentis definitio nisi habita relatione ad subjectum, cujus illud est Accidens. Tempore demum, quia ut ait Doct. lib. 2.º Sent. dist. 1.ª q. 4.ª, Nulla est contradictio ex parte Substantiæ, quin prius possit esse duratio omni Accidenti; q̄. Quod intelligi debet de Substantia simpliciter, non quod de composita; hæc enim necessario includit nexum, et unionem plurimum Substantiarum, qui nexum Accidens est.

¶ Colligitur 2.º Quod sicut Substantia dividitur in spirituales, et corporeas; ita etiam Accidens in spirituales, et materiales, seu corporeas dividitur. Spirituales exiti si Substantia spirituales efficiat: Et materiales, seu corporeas: si Substantia materiales efficiat. Utrumque dividitur a Scholasticis in absolutum, et relativum. Absolutum est, quod concipitur



in subjecto, quoniam necesse sit, subjectum ipsum ad aliud referre; ut colores, vapores &c. Relativum vero est, quod in subjecto concipi non potest, quoniam subjectum ipsum ad aliud referatur; ut similitudo, aequalitas &c. Absolutum dividitur ab eodem in modale, et non modale. Modale, sive rei modus; est illud, quod ita dependet a subjecto, quod afficit, ut nec esse, nec concipi possit, quoniam in ipso subiecto existat; Sic rotunditas est modus corporis, seu accidens modale cum percipi non possit rotunditas, quoniam corpus in quo est, etiam concipiatur. Accidens vero non modale; est, quod non solum percipi potest independentem a subjecto, sed etiam potest Divina virtute realiter existere, quoniam sit in subjecto; huiusmodi esse dicuntur colores vapores, aliasque corporum affectiones.

222. Sed Recentiores Philosophi hunc philosophandi sensum rejiciunt. Nam cum omne, quod est dividantur in re, et modum; non nisi modalia Accidentia admittunt, quae in spiritualia, et corporea dividunt. Spiritualia; ea omnia, quae ad potentiam intellectivam, et volitivam pertinent dicuntur; ut eg. diversi voluntatis actus, et motus, amor, odium, &c. Necnon diversi cogitationis species. Corporea autem; in primaria, et secundaria dividunt. Primaria ea esse dicunt, ex quibus alia, quae in corporibus sunt Accidentia proveniunt; ut magnitudo, figura, motus, quies, et situs. Magnitudo est, certa, determinataque corporis extensio. Figura est, extensio secundum plures dimensiones undique terminata. Motus est, translatio corporis de uno, in alterum locum. Quies est, permanens corporis in eodem loco. Situs est, artificiosa partium dispositio in toto. Secundaria vero Accidentia; sunt, quae ex primariis oriuntur. Haec in quinque classes pro numero sensuum extensorum, quos afficiunt, dividunt. Videlicet: Colores, Vapores, Odores, Sonus, et Qualitates per tactum perceptibiles; Calor, nempe, et frigus. Unde in istorum sententia:

Mens, Mensura, Quies, Motus, Positura, Figura,  
Sunt cum materia cunctarum exordia rerum.

## Questio X.

Quid dicendum de ratione constitutiva Quantitatis?

230. Quantitas est mensura Substantiae, seu id, quod respondetur interroganti, quanta, scilicet, quod triplex res sit. Ejus species plures sunt; videlicet: Quantitas perfectionis, Quantitas virtutis, Quantitas molis, et Quantitas multitudinis. Perfectionis ea est, quam unum dicitur magis, scilicet, minus perfectionem alteri. Ita major, seu magis quanta dicitur hominis perfectio, quae Bellus. Virtutis est, major, scilicet, minus energia, et efficacia active potentis, scilicet, ad materiale, scilicet, ad spirituale. Et ut dicitur Solis vim esse omnium materialium causarum maximam. Validius enim agit Sol, quam aliud quodvis purum corpus, et longae plura sua pertingit virtute. Molis, quae etiam Quantitas continua appellatur; est magnitudo, ac constitutiva corporis extensio; et dicitur continua, quia ejus partes sunt invicem intimae, et continuo nexu conjunctae. Multitudinis vero; ea est, quae afficit collectionem plurium, quae sunt numero invicem distincta; appellatur etiam discreta, et numerica. Discreta, eo, quod sit de pluribus a se mutuo sejunctis, ac separatis. Numerica vero, quia de his, est, quae numerum proprie constituent.

231. Continua autem duplex est, alia permanens, altera successiva. Successiva est, cujus partes non in perpetuo fluxu, adeo ut una jugiter, et immediate succedat alteri. Haec utatur in motu, et tempore; idcirco motus, et tempus Quantitates successive vulgo appellantur. Permanens vero est, illa, cujus partes non successive, sed simul omnes existunt; quae triplex est. videlicet: Linea, Superficies, et Corpus. Linea spectatur velut extensio juxta solum longitudinem. Superficies, secundum longitudinem, et

latitudinem, Et Corpus, secundum ultimam dimensionem, scilicet: Longitudinem, Latitudinem, ac Profunditatem.

232. Dum verò hic agitur de ratione ejus constitutiva, quæritur n. versatur circa Quantitatem perfectionis, et virtutis; Deus enim est Dominus virtutis, infinitè perfectus; quare exclamatur Regius Vates: Magnus Dñs, &c. Sed circa Quantitatis molis, cujus rationem essentialem alii in mensura actuali, l. radicali; alteri in divisi-bilitate partium; nonnulli in extensione partium, seu in habere partes extra partes. Et quidam in impenetrabilitate. Quare mensura in activæ, et passivæ dividunt. Mensuram, vocant Quantitatem ignotam, per Quantitatis notam certificare. Mensuram activam accipiunt; pro illa ratione secundum quam aliquid potest mensurare extensionem al-cujus rei. Sic Mercator utitur ulna ad extensionem panni, l. lintei dimentendam. Passivam verò, pro illa ratione secundum quam res potest mensurari, ejusq. extensio cognosci, per applicationem alterius Quantitatis magis notæ. Sic dicitur extensio lintei, ut possit cognosci per ulnam.

233. Habere partes extra partes, seu partium extensio, alia est in ordine ad se, et alia in ordine ad locum. Habere partes extensas in ordine ad se, est habere illas, tali ordine inter se unitas, ut una unum determinatæ parti uniatæ, et alia alte-ri; v.g. Caput, colo; Colum, humeris; humeri, brachiis, &c. In ordine ad locum, est ha-bere partes, ita ut cuilibet partem corporis, sua parte loci, seu spatii correspon-deat. Primam habet Christus Dñs. In Admirabili Eucharistis Sacram. n. verò secundam; licet enim modo indivisibili, hoc est totus in toto, et totus in qua-libet parte; tamen Caput n. unitæ immediatè pedibus, nec pes oculis; è eodem modo, quo univertur in Cælo. Ità explicant Scotistæ hanc duplicem extensionem. Alii verò per extensionem in ordine ad se, solum intelligunt, unam partem n. esse aliam.

234. Impenetrabilitas est taliter habere partes extra partes, quod quilibet pars habeat vim expellendi aliam à suo loco, prohibendo, ne in illo loco simul secum ingrediatæ. Quæ vi actu expellat dicitur impenetrabilitas actualis. Si tantum dicit aptitudinem, aptitudinalis appellatur. Et illa extensio partium, ad quæ sequitur aptitudo, seu exigentia expellendi se, et alias res quantas ab eo-dem loco; impenetrabilitas radicalis dicitur. Sed videatur jam, quæ ex istis placeat sententia.

## Conclusio I.

Neque mensura activè, l. passivè accepta, neque divi-sibilitas in partes integrantes, imò nec extensio partium tam in ordine ad se, quam in ordine ad locum, est ratio cons-titutiva Quantitatis.

235. Prob. 1.<sup>a</sup> pars. 1.<sup>o</sup> ex Doct. q. 17 de Predicamentis, ubi ait: Ratio mensuræ n. inest equaliter speciebus ejus, Ratio autem generis equaliter reperitur in om-nibus speciebus; Ergo nequit esse ratio generis respectu aliorum quantitatum; q. nec ratio constitutiva. 2.<sup>o</sup> ex ratione. Mensura tam activa, quæ passiva, potest conside-rari, l. ut actualis, aptitudinalis, l. ut radicalis; è sub nullo istorum respectu est ratio constitutiva quantitatis; q. Prob. min. 1.<sup>o</sup> mensura actualis est illi acciden-talis; nam per accidens est ut quantitas mensuret, aut mensuretur. 2.<sup>o</sup> Aptitu-dinalis est ad summum ejus proprietatem, q. supponit aliquid prius, à quo fluat, sicut omnes proprietates; q. illud prius est ratio constitutiva, n. q. mensurabilitas, seu men-sura aptitudinalis. 3.<sup>o</sup> Mensura radicalis convenit Substantiis independentèr à Quantitate, è ratio constitutiva alicujus rei nequit convenire aliis à re; q. Prob. maj. Substantia independentèr à Quantitate potest mensurare aliam Subs-tantiam, et mensurari per aliam similem Substantiam; q. q. Nulla istarum potest esse ratio constitutiva Quantitatis.

236. Prob. 2.<sup>a</sup> pars. Talis divisi-bilitas convenit Substantiis allata quantitate; q. Prob. art. Si Deus repararet quantitatem à Substantia corporis humani adhuc

caput distinguetur a pede, manu, &c. Et partes ille, possent separari a se invicem, & hoc e. habere diviribilitatem independentem a quantitate; q. d. d.

237. Prob. 3. pars. 1. Habere partes extra partes quocumq. modo sumatur convenit Substantis praecisa quantitate; q. Prob. ant. Doct. Subt. in 4. dist. 12. q. 1. inquit: "Substantia corporea, licet esset sine quantitate, adhuc esset corporea; Sed si esset corporea haberet partes extra partes; q. Prob. min. Substantia corporea e. Substantia materialis; d. juxta Doct. Subt. Substantia materialis habet partes extra partes praecisa quantitate; q. Prob. min. Doct. Subt. in 2. Sent. dist. 12. q. 2. dixerens de Substantia materiali, quatenus Divina virtute potest existere sine forma, ait: "Si quisas an habeat partes? dico, quod partes Substantiales habet. illas enim n. habet per quantitatem; Ergo. d.

Compl. 1. Substantia hominis de se, et passivive a quantitate includit partes capitis, pedis, manus &c. quae sunt naturaliter extra se invicem; q. Prob. ant. Substantia hominis exigit connaturaliter, caput n. ee. immediate unitum pedi, &c. Ergo de se; d.

Dicunt Contraarii: Id quidem Substantis exigere, d. n. de se; d. per quantitatem, per quam una pars ponitur extra aliam. Sed contra: Substantia illa prius constituitur in ratione talis Substantis materialis, quam recipiat quantitatem; d. de ratione Substantis materialis; v. g. Corporis humani, e. q. habeat partes inter se hoc ordine unitas; q. propiori ad quantitatem illas habet Substantia ex se, et n. per quantitatem. Min. patet: in hoc enim distinguitur Substantia materialis a Spiritualis, et Substantia hominis difert a Substantia corporis bruti, et caeteris: n. a quantitate, quae eundem in omnibus praestat effectum.

Confirmatur 2. Substantia manus distinguitur Substantialiter a Substantia pedis praecisa quantitate; d. talis distinctio Substantialis nequit provenire a quantitate; q. Substantia de se habet partes distinctas, et ordinatas independentem a quantitate Prob. min. Si talis distinctio esset a quantitate accidentalis foret; d. hoc nec ab adversariis admittitur; q. Major patet: nam Accidens ut e. quantitas n. aliam distinctionem praeter accidentalem, inferre potest. Min. prob. Distinctio inter partes Substantiales, etiam in adversariis sententia, e. Substantialis; d. Substantis manus, et pedis &c. sunt partes Substantiales; q. d.

238. Prob. 2. eadem pars. Si Deus, ut potest, antiquillaret in stanti omnem quantitatem humani corporis, omnes partes Substantiales corporis n. possent reduci ad unum punctum; q. illam extensionem n. haberet a quantitate, d. a Substantia. Prob. sequelam. 1. n. potest assignari pars, aut punctum ad q. reducerentur, sive caput, sive pedis &c. 2. quia deberet admitti motus localis instantaneus, & hic e. impossibilis; q. Prob. min. Iste partes distantes deberent transire per medium; d. hoc medium impedit motum localem instantaneum; q. d.

239. Obj: Contra 1. partem. Arist. pluribus in locis dicit, quantitatem ee. mensuram; q. Resp. nego consequ. n. enim sequitur Aristotelem voluisse rationem mensurae ee. constitutivam quantitatis; etiam nos ipse quantitatem ee. mensuram, n. negamus, d. dicimus cum Doct. Subt. quod illa ratio n. e. essentialiter ratio quantitatis; q.


240 Inst. ex mensuratione, aut ex mensurabilitate cognoscitur rem ee. quantitatem; q. e. qus ratio constitutiva; q. Resp. nego consequ. ad hoc enim sufficit, ut mensurabilitas sit ejus proprietar, sicut ex diviribilitate cognoscitur homo.

241. Obj: contra 2. partem. Doct. Subt. videtur docere diviribilitatem ee. de essentia quantitatis; q. Prob. ant. Illud e. de ratione constitutiva quantitatis;

is, per quod illa definitur, d. Doct. Subt. illam definit per divisi-  
 tem, q. Resp. dist. ant. Doctor videtur docere divisi-  
 rationem constitutiva quantitatis, conc. Divisibilitatem formalem, l. apti-  
 tudinalem, nego. Doctor loquitur, et definit quantitatem per divisi-  
 tem radicalem, quae e. ratio, per quam partes sensibiles, ita sunt divi-  
 se, ut una nequeat cum alia in uno loco, imo, et inter se uniri, seu  
 compenetrari; n. vero loquitur de formali, l. aptitudinali. Posterea licet  
 quantitatem definiret per formalem, l. aptitudinalem, ex hoc n. infertur  
 rationem ejus constitutivam ee; nam pluries res definiuntur per  
 proprietates, etiam secundarias, quae in nulla sententia rationes v. consti-  
 tutivae. Quod certe verificatur de istis, nam Doct. vep, et pascipue in lib.  
 5<sup>o</sup> Metaphysic q. 9<sup>a</sup> dicitur exprimit dicendo: "Quod divisi-  
 um quantitatis, n. de essentia."

242. Objicies 1<sup>o</sup> Contra 3<sup>am</sup> partem. Partes integrales Substantiae  
 n. possunt ee. extensae, et ordinatae, nisi per aliquod Accidens; q. per  
 suum Accidens adveniens Substantiae; d. istud e. quantitas; q. Prob.  
 min. De ratione extensionis e. ut partes n. uniantur inter se  
 solas, d. in extremitate, ut n. penetrentur; d. hoc n. provenit a  
 Substantia; q. ab Accidente; q. a Quantitate. Prob. min. Substantia  
 n. habet ex se extremitates; q. Prob. ant. Extremitates sunt puncta  
 lines, et superficies; d. has n. habet Substantia ex se, d. a quan-  
 titate; q.  
 Resp. nego min. 1<sup>am</sup> 2<sup>am</sup> et ant. 3<sup>a</sup> Eadem, seu similis  
 est unio partium Substantiae, ac Quantitatis, habentq. simi-  
 les cum proportione extremitates.

243. Inst. Si partes Substantiae haberent extremitates es-  
 sent ex se impenetrabiles; d. hoc nequit concedi Substantiae; q.  
 Prob. min. Si Substantia ex se haberet ee. impenetrabilis adve-  
 niente quantitate nullum intra se posset effectum; q. sequela  
 patet. Nam effectus quantitatis e. reddere partes impenetrabiles.  
 Resp. Nego maj. Sicut enim partes Quantitatis n. v. impene-  
 trabiles supernaturaliter, quamvis indivisibilitate uniantur,  
 ita Substantia n. dividit ee. penetrabilis naturaliter, licet  
 ejus partes uniantur punctis, seu extremitatibus substantia-  
 libus. Unde licet concedatur Substantiae partes extensas, cum  
 sint substantiales, restat Quantitati illas reddere extensas  
 in ee. accidentali, reddetq. Substantiae impenetrabilem, et  
 hic est ejus effectus.



244. Obijctes 2<sup>o</sup>. Contra eandem partem. Substantia sine quantitate nequit ee. composita ex partibus integrantes, d. si eret extensa ex se, esset composita ex partibus integralibus sine quantitate, q. l. n. e. extensa ex se, l. si e, provenit a quantitate. Maj. prob. Compositio partium integralium e. Accidentalibus, d. compositio Accidentalibus, e. ab Accidente, n. q. a Substantia, q. e. a quantitate, que e. primum Accidens.

Resp. dist.

maj. Substantia sine quantitate nequit ee. composita ex partibus integralibus Accidentalibus, conc. Substantialibus nego. Et dicit. maj. prob. Compositio partium integralium Accidentalibus, e. Accidentalibus conc. Substantialibus, nego. Quamvis hec compositio n. sit racione essentialis nempe ex materia, et forma Substantiali; n. inde sequitur ee. Accidentalem, ea scilicet, que resultat ex subto, et Accidente, d. quasi media inter istas, scilicet: Integrales, Substantialis. Idemq. resp. objicentibus materiam proximam remota quantitate ee. de se simplicem; scilicet: Quod e. simplex simplicitate opposita compositioni ex subto, et Accidente; n. vero compositioni ex partibus integrantes Substantialibus.

245. Obijctes 3<sup>o</sup>. Ideo ponitur in Substantia antecedent ad quantitatem extensio partium, ut possit ee. subto proportionatus quantitate, hoc e. ut Accidens dividibile n. recipiatur in subto indivisibile, d. ad hoc n. e. necessaria talis extensio, q. Prob. min. Vt subto sit proportionatum ad recipiendam quantitatem, sufficit in eo potentia passiva, sed hanc habet Substantia, licet n. habeat extensionem partium, q. Prob. maj. Vt Substantia recipiat albedinem, relationem, et ubi, n. requiritur, ut ante hec Accidens, sit alba, relata, et ubicata, d. sufficit potentia passiva, scilicet: quod sit dealbabilis, reflexibilis, et ubicabilis, q. a. partu, ut Substantia recipiat quantitatem, d. Confirmatur, ut Substantia recipiat impenetrabilitatem, seu virtutem expulsiivam aliterius corporis a loco, n. requiritur, q. habeat Substantialem impenetrabilitatem, seu virtutem expulsiivam aliterius Substantie, d. sufficit, q. sit capax recipiendi a quantitate talis effectus.

Resp. nego. min. 1<sup>o</sup> et 2<sup>o</sup> et conseq. prob.

maxima enim e. disparitas; sufficit potentia passiva, ut recipiat albedinem, relationem, et ubi, n. q. eret ee. albatam, relatum, et ubicatum; quia supponit Substantia subto proportionatus receptivum Accidens, prope quantitatem, que e. l. Accidens q. recipitur in Substantia. Ista tamen propxiori ad quantitatem, cum omni Accidente coeat, n. e. sufficienter proportionata, per velam potentia passiva, ut recipiat quantitatem; quia cum hec sit Accidens materiale nequit in Substantia recipi nisi extensione partium ornata, sine qua ad modum Substantia spiritualis esset, imo. revera Substantia spiritualis esset, distinguitur enim a spirituale Substantia per extensionem partium, si mulq. reditur capax recipiendi quantitatem, ne Accidens materiale recipere possit in subto spirituali; ob quam duplicem rationem Doctor

admittit in Substantia precisa à quantitate extensione partium. Idemq.  
resp. ad confirmationem positam. Non enim requiritur impenetrabilitas  
in Substantia ad duplicem asionationem à Doct. effectus, producendum; ideoq.  
n. debet precedi in Substantia à quantitate ejus effectus formalis, partitua.

**I** Ex omnibus relictis facile colligitur, extensionem partium in  
ordine ad se, quam in Substantia admittitur propiorè à quantitate,  
consistere in distinctione partium, confusione opposita; hoc è: q. ha-  
beat illas ita ordinatas, ut una pars sit immediate unita alteri, et  
n. immediate omnibus; ut aliæ partes sint medice, aliæ extraneæ, et  
n. inter se confusæ, et complicatæ. Quod patet in corpore humano abla-  
ta ab eo divinitus quantitate, in quo statu deberet eè. substantium ido-  
neum recipiendi animam rationalem, n. enim reditur idoneum ra-  
tione quantitate; alias n. posset Deus quantitate ab homine  
aliter sine destructione hominis, d. corpus substantium idoneum re-  
ceptivum animæ, debet habere partes sic ordinatas, q. Prob. min.  
Tale corpus debet eè. Substantialitè organicum n. ut quumq. d. or-  
ganicatione humana, qua potest recipere formam rationalem,  
et n. belluinam, d. ad hoc requiritur, ut caput uniatum immediate  
humæis, et cox sit medice et pedes extremi, ita ut sit aptum  
substantium recipiendi vitam; q. Etia colligitur ex se, et independentè  
à quantitate habere extensionem partium in ordine ad locum,  
hoc è: q. una pars substantiæ <sup>correspondat</sup> uni parti <sup>loci</sup>, et alia alteri,  
propter impossibilitatem motus localis instantanei, ut pro-  
batum fuit 238. Unde sequitur quod cum sit sucesivus in ali-  
quo instanti temporis debent manere extensæ, in ordine ad lo-  
cum; quoniam hæc extensio aufert à quantitati suam, producere  
effectum, effectus enim ejus n. è. extensio in ordine ad locum ut  
cumque, d. extensio impenetrabilis.

## Conclusio II.

Ratio formalis constitutiva Quantitatis è. impenetrabilitas  
radicalis; id è. illa entitas, ad quam sequitur naturalitè  
impenetrabilitas illa, qua partes Substantiæ se expellunt ab  
eodem loco.

246 Prob. 1.º ex Doct. in 4.º dist. 49. q. 16. ubi dicit: „Impossibilitas quan-  
ti ad quantum extendit in eodem loco nisi sicut impossibilitas cause,  
sine suo effectu naturali; Et in 4.º dist. 1.º q. 5.º inquit: „Ideò Sextam  
lignu, dividere, quia è. impossibile in eo loco sup quantitate cum  
partibus dividendis; Expo ex Doct. impenetrabilitas actualis è. effectus  
naturalis quantitate. Expo supponit quantitate aliquam, tanquam  
radicem à qua proveniat; d. Substantia corporeæ de facto n. actuali-  
tè impenetratæ, q. hæc impenetratio actualis ad aliquam radicem oriri  
debet; modo sic: d. à nulla alia potest oriri tanquam à radice nisi  
à quantitate, q. Prob. min. sub. Non à Substantia secundum se, nam  
licet ex se localem extensionem habeat penetrationem n. excludit.  
Non à materia, et forma; hæc eni se compenetrant in composito,

nec a qualitate, que dicitur *propositio*; nec a quocumque alio Acciden-  
te; d. *precise* a quantitate; ita ut posita quantitate omni alio sublato  
posita *impenetrabilitas*, sicut posita omni alio, sola quantitate ex-  
clusa, tollitur *impenetrabilitas*, ut late probat Doct. in 4<sup>o</sup> dist. 49 cit.  
Exo *principium* huius *impenetrationis*, et *essentia* huius *impe-  
ntrabilis extensionis*, e ipsamet *entia* *quantitatis*.

247 Prob. 2<sup>o</sup> Illa e ratio *constitutiva* alicujus rei, que 1<sup>o</sup> intelligitur in  
tali re, et a qua dimanant omnes proprietates, que in illa inveniuntur,  
d. ita se habet in quantitate *impenetrabilitas* radicalis; q. Prob. min.  
*impenetrabilitas* formalis, seu naturalis, que e. 1<sup>a</sup> *proprietates*, a tali radice, tanquam  
a principio fluit, ut inquit Doct. citato in loco. Idem e. de *divisibilitate*  
*Phisica* per instrumentum corporeum; quia ex eodem Doct. in 4<sup>o</sup> dist.  
1<sup>a</sup> q. 5<sup>a</sup> Ab *impossibilitate* respectu ubi eisdem, seu ejusdem loci ori-  
tur, sequiturq. ex eadem *impenetrabilitate*. Idem e. de *mensurabi-  
litate*, quia enim unum corpus habet partes *extensas* *impenetrabiles*,  
potest ei applicare aliud, et illud *mensurare*, q. *proprietates* omnes d.

Ex quo constat *impenetrabilitatem* formalem, seu *apertitudinalem* non  
esset *proximum* conceptum *constitutivum* *quantitatis*, quia talis *ap-  
ertudo* dicitur *relatione* seu *respectu*; d. *respectus* nequit dici *essentia*  
aut *ratio* formalis alicujus *absoluti*; q. d.

248 Obj. 1<sup>o</sup> *Arist. lib. 2<sup>o</sup> Meth. cap. 13.* inquit. Quod *divisibilitas*  
per se 1<sup>o</sup> competit *quantitati*, q. Prob. *conf.* Quod e. *proximum* in re,  
proxius constituit rem; q. Resp. *dis?* ant. *Divisibilitas* *extensiva* per  
*instrumentum* corporeum *conc. divisibilitas* *intrinseca* *repto*. Prox  
illa *divisibilitas* venit ab *impenetrabilitate* partium *divisi*, quam  
corporei, seu instrumenti *dividentis*, ut aperet in *Sexta*, et *Securi*:  
potentior vero *divisibilitas* venit a *substantia*. Ideo in eodem  
sensu loquitur *Arist.* ac *Doct.* *Sub.* quando in q. 17. *Pred.* dicit:  
*divisibilitatem* e. *essentiam* *divisibilitatis*, hoc e. *divisibilitas* *prop-  
ta* *pro* radice, ex qua oritur *divisibilitas*, que *reducitur* ad *actum*,  
per *impossibilitatem* duorum in eodem loco, que e. *ratio* *quanti-  
tatis*, n. q. *ejus* *essentia*, ut aperit ipse *Doctor* cum *Aristotele*.

249 Obj. 2<sup>o</sup> *Species* *quantitatis* *distinguntur* per *diversas* *rationes* *divisibili-  
tatis*: scilicet, *linea*, *secundu* *longitudinem*; *superficies*, *secundu* *longitudi-  
nem*, et *latitudinem*; *corpore* q. *secundu* *longitudinem*, *latitudinem*, et *profun-  
ditatem*; d. *Species* *dividuntur* *rationem* *tenentis*, q. *divisibilitas* e. *ratio*  
*constitutiva* *quantitatis* ut sic. Resp. *dist. maj.* *distinguntur* tanquam  
per *differentias* *secundarias*, et *qualificativas* *conc.* *Primarias*  
et *quodammodo* *repto*. *Multoties* dictum e. q. res sepe per *passiones* a-  
nibus *explicantur*, et *Species* *inter* se *distinguntur*.

250 *Inst.* Exo *constitutivis* *quantitatis*, potius valet dici *divisibilitas* ra-  
dicalis, quam *impenetrabilitas* radicalis. Prob. *conf.* *Essentia* rei nobis  
ignota, debet explicari per *radicem* illius *passionis*, quam 1<sup>o</sup> *radicat*:  
d. *quantitas* *prox* *radicat* *divisibilitatem*, quam *impenetrabilitatem*  
*formalem*; q. *Min.* Prob. Ex *Doc. 1<sup>o</sup> lib. 5<sup>o</sup> Meth.* citato ubi ait, *Quod*  
*divisibilitas* e. 1<sup>a</sup> *passio* *quantitatis*; q. Resp. *Immito* *maj.* Nam *suplicatur*  
*essentia* per *radicem* cujuscumque *passionis* sive 1<sup>o</sup> sive 2<sup>o</sup> *radicate*, na  
quolibet a *potentiori* *infert* *essentia*, et *repto* *min.* Nam *impenetrabili-*

tas e. 1<sup>a</sup> omnium passionum quantitativa, et ratione formali proximior; Nec  
Doct. contrario sentit, cit. enim in loco de divisibilitate cum ratione  
mensura comparata loquitur, ut constat ex titulo questionis Arist. au-  
tem explicuit hanc radicem per divisibilitatem, n. quia e. 1<sup>a</sup> eius  
passio, d. quia e. nobis magis nota.

251. Obj. 3<sup>o</sup> Quantitas, ut Accidens absolutum, debet explicari per id,  
q. competit ipsi in ordine ad se, n. q. ad aliud; d. impenetrabilitas cum  
alio corpore e. in ordine ad aliud, et extensio partium in toto e. in  
ordine ad se; p. per hanc, et n. per illam debet explicari ratio quan-  
titatis constitutiva. Resp. Ratio quantitatis explicatur per impenetra-  
bilitatem radicalem, que cum absoluta sit, rationem constitutivam Ac-  
cidentis absoluti ee n. implicat. Ideo impenetrabilitatem aptitudina-  
lem, que e. quid relativum, a primario quantitatis constitutivo ex-  
cludimus. Paterea si Arguens, per extensionem in ordine ad se  
partes quantitatis extra se repeli, intelligat, nostram sententiam  
probat: hec e. extensio radicalis partium inter se, et cum alio  
corpore ab eodem loco, que etiam impenetrabilitas radicalis dici-  
tur. Si autem per illam extensionem partium distinctionem, qua de Subst-  
antia precisa quantitate abeimus intelligat nullo modo ejus  
rationi asserui prebere possumus.

252. Obj. 4<sup>o</sup> Prius e. in quantitate repleti, et occupare locum,  
quam a tali loco aliam quantitatem expellere, p. melius explica-  
tur quantitas per virtutem repletivam, et occupativam loci, quam  
per virtutem expulsivam, seu radicalem impenetrabilitatem. Ant.  
patet: Nam quia quantitas replet, et occupat locum; ideo expellit aliam  
quantitatem, n. vero e. contra. Confirmatur: Si quantitas explica-  
tur per virtutem expulsivam, p. n. fuit primario ordinata a natu-  
ra ad extendenda; Substantia, d. ad impediendum abeius cor-  
poris penetrationem, q. videtur absurdum, quia sic impedire e.  
effectus negativus.

Resp. dist. ant. Prius e. prioritate Nivoxalita-  
tis conc. Prioritate causalitatis neg. Repleti locum e. primum com-  
mune quantitati, et ceteris rebus corporis, atamen repleti impe-  
netrabilitate e. ratio specifica, et propria quantitatis. Unde non e.  
verum, q. quantitas expellat aliam quantitatem, quia replet lo-  
cum precise repleti, d. quia replet impenetrabilitate sicut n. e. verum  
q. homo e. xiribilis, quia e. animal, d. quia e. tale animal, n.  
nempe rationale. Ad conf. m. nego cong. m. quia idem effectus  
e. extendere Substantiam impenetrabilitate, et impedire abeius  
corporis inxerum, ideoq. n. e. effectus mixti negativus saltem  
primario; sicut calidus n. e. effectus negativus ignis, licet ex illo  
sequatur aliquid n. ee. frigidum.

Quantitatis proprietates.

253. 1<sup>a</sup> Quod n. habeat contrarium; 2<sup>a</sup> quod n. suscipiat magis, aut mi-  
nus inensivum; que, in eo sensu intelligende sunt, in quo de Substan-  
tia dicuntur; nam duo sunt communes Substantie, et quantitati.



3.<sup>a</sup> Esse equale, l. in equale; que attenduntur penes majorem, l. minor-  
 rem extensionem impenetrabilem, n. vero penes perfectionem; nam  
 due qualitates eque extensae dicuntur equales in perfectione.  
 4.<sup>a</sup> habere positionem partium in ordine ad locum aptitudina-  
liter; quatenus quantitas habet aptitudinem ad locum occupan-  
 dum circumexistivae. 5.<sup>a</sup> Esse mensura; id e. aptam ad certifi-  
 candum de magnitudine molis alicujus rei, quod intelligitur  
 de mensura tan activa, quam passiva. 6.<sup>a</sup> Divisibilitas in partes  
integranter; n. entitates, quia in isto sensu n. e. proprietas  
 substantiae; d. impenetrabiles per interpositionem instrumenti  
 corporis, et haec e. propriissima proprietas quantitatis.

Questio XI.  
Quid, et quotuplex sit Qualitas?

294. Qualitatis nomine, id omne potest intelligi, q. responderi potest  
 interroganti qualis sit res, quare generatim accepta n. solum signi-  
 ficat aliquid rei accidentale, d. etiam essentialis; ut essentialis rei di-  
 ferentia. Si enim quis quaerat quid e. homo? et responderi e. ant.  
 atq. iteque instet quale ant.? responderis: rationalis. Unde ratio-  
 nalitas e. differentia hominis essentialis verum de qualitate tantum  
 accidentale habetur sermo in categoriis. Essentialis enim qualitas  
 in substantia praemio continetur. Accidentalis qualitas dicitur  
 juxta Arist. Id recundum quod subitum dicitur quale. Hae defini-  
 tio a plerisque calumniatur, ex eo, q. idem responderi, ac fuisse in-  
 terrogatum dicam; qua ratione obscuritatem auferre intendunt  
 definiens qualitatem: Accidens absolutum: potestis intendi, et  
remitti: Coetereum quantum ad praesens attinet utraque su-  
 ficienter docet, qualitatem ee. id, per q. responderi potest interro-  
 ganti, quid sit res. Nec quidpiam aliud desideratur dum de  
 hoc praemio aperitur. Nonnulli autem recentiorum qualitatem  
 accidentalem definiunt: ea ratione cujus duo accidentaliter si mi-  
lia, l. dissimilia sibi mutuo dicuntur; ut v.g. Colores Sapoies Odo-  
 res etc. Hinc patet, ad hoc praemium cuncta illa accidentia re-  
 duci, quibus satisfieri potest quaerenti qualis sit res? Sic cum  
 de Symbolo interrogatur quale sit? resp. ee. sonorus, aut benens,  
 l. male sonans; unde sonus gratus, aut ingratus e. Symboli  
 qualitas, et sic de coetereis. Quid vero haec qualitates sint in ee. Phi-  
 sico, explanabitur in Phisica.

295. Philosophus dividit Qualitatem in quatuor clases, seu species. 1. in habi-  
 tum, et dispositionem. 2. in naturalem potentiam, et impotentiam. 3. in passionem  
 et passibilem quantitatem. 4. in formam, et figuram. Habitus hic n. sumit-  
 tur pro vestitu, seu relatione ad illud; in hac significatione pertinet ad  
 ultimum praemium d. pro fixa facilitate active potentiae super adicta,  
 que disponit subitum, ad agendum, l. patiendum: sicut dispositio n. sumitur


in presenti pro se bene ordinata; nec pro preparatione ad formam recipiendam; v.g. in Anima ad recipiendam Trinitatem, l. Sacramentum; sed pro illa inclinatione faciliter movili disponente subitum ad agendum, l. patiendum. Unde apparet discrimen inter habitum, et dispositionem, esse accidentale, et penes gradus: eadem enim Qualitas, dum facilitate movilis est dispositio dicitur. Sic v.g. Philosophie, Trinitates dispositione tantum ad Philosophandum habent, quam facilitate admittunt, cum a studio desistunt. (Et dum difficilius, reparabilis habitus vocatur.) Cum vero per aliquot annos studiose Philosophie operam dedere, habitus illius habere dicuntur, proindeque est difficilius ab eisdem removeri. Habitus, l. acquisitus, l. infusus esse potest. Acquisitus est constans, et absoluta animi, aut corporis aliqua in se perfectio, non natura data, sed studio industriaque acquisita, l. parata. Infususque est ille habitus, qui actum omnem precedit.

296. Potentia naturalis hic non sumitur pro facultate realiter identificata nature ad producendum, l. recipiendum aliquid, ut voluptas, et intus in homine, quia in hoc sensu non est accidens, sed est vis, seu facultas, sive innata, sive acquisita, sive adventitia, qua operamur, l. contraximus resciscimus, ut ingenii acumen in homine, duxitiles in lapide, contra vero naturalis impotentia est carentia virtutis ad agendum, l. resciscendum contraxit: et infirmitas, debilitasque ad agendum quoque appellatur, sic firmitas potentie, visus in Juvene, potentia vocatur. In Seneca vero non firmitas, impotentia, seu debilis potentia.

297. Passio hic non significat proprietatem rei, nec relationem oportitam actioni predicamentali; nec affectiones anime, que dicuntur passionibus; v.g. amor, ira, odium, timor &c. sed est affectio sensibilis a subito cito transiens, ut rubor in vultu ortus ex verecundia; et palor ex subito timore proveniens. Passibilis qualitas, est affectio sensibilis firmiter inherens subito, sive oritur ex naturali dispositione intrinseca subito, sive extrinseca, dummodo sit permanens. Quare assiduus palor, sive ex naturali constitutione subito, sive ex longo morbo causatus, dicitur passibilis Qualitas. Forma hic non accipitur pro forma substantiali, nec accidentali informasse subitum, sed pro illa conveniente dispositione exteriori partium, seu membrorum, qua res materialis dicitur, fluxa, et formosa, sicut illa deficiente, dicitur difformis. In quo sensu intelligitur illud David Psalmo 44. Speciosus forma; &c. Figura non sumitur pro signo; ut D. Paulus in 1<sup>a</sup> ad Corinthios inquit: „Omnia in figura continebantur illis, id est in imagine signo. Nec pro imagine, seu representatione, sic filius dicitur imago, seu figura Patris. Nec pro artificio Rectorico, que vocatur figura. Nec denique materialiter pro superficie clausa lineis, in hoc enim sensu pertinet ad Quantitatem, sed accipitur formaliter pro dispositione aliqua speciali, quam habent partes quantitatis, ratione cujus Quantitas ipsa dicitur rotunda, plana, curva, recta, triangularis; &c. Unde forma, et figura in hoc differunt, que figura solum dicit dispositionem Quantitatis, secundum se, et

